




PRO SCIENTIA
SALUTE
POPULIQUE
LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
PURCHASED 1923 FROM
GENEVA BOTANICAL GARDEN
Septemb 1897
R. W. Gibson Invt



Neue Entdeckungen im ganzen Umfang der Pflanzenkunde,

herausgegeben

von

K. Sprengel.

Dritter Band.

Leipzig
bey Friedrich Fleischer
1822.

Inhalt.

I. Eigene Abhandlungen.

II. Uebersicht der neuesten botanischen Literatur.

A. Phytographie.

B. Physiologie der Pflanzen und angewandte Botanik.

I.

Eigene Abhandlungen
und
Auszüge.

I.

SPECIES PLANTARUM MINUS COGNITAE.

Fam. VI. (Anleit. zur Kenntn. der Gew. 2te Aufl.)

Musci frondosi.

1. *Calymperes Berterii.* *

C. foliis ovato-oblongis apice dentatis, seta elongata.

Hab. ad terram in Hispaniola. *Bertero.*

Radix basilaris, fibrillosa, fibrillis capillaribus fuscis. *Truncus* semuncialis et paullo altior, simplex, foliosus, apice fructifer. *Folia* sparsa, flavido-viridia, areolis reticuli subquadrato-rotundis, subpellucida, ovato-oblonga, madefacta etiam convoluta, apice dentata, apiculata, patentia, nervo latescente ad apicem producto. *Seta* pallida, glabra, erecta, solitaria, quatuor lineas longa. *Capsula* immatura erecta, cylindrica, epiphragmate tecta. *Calyptra* totam capsulam operiens, fusiformis, membranacea, glaberrima, tenerrima, acuminata, medio fissa.

2. *Anoectangium domingense.* *

A. caule procumbente simpliciusculo radicante, foliis imbricatis ovatis patentibus enerviis obtusiusculis opacis, capsula emersa cylindrica ore contracto.

Hab. ad corticem Guaiaci verticalis *Orteg.* in Hispaniola. *Bertero.*

Surculi simpliciusculi, procumbentes, ad apicem usque radicantes. *Folia* minuta, viridissima, per lentem simplicem margine incano instructa videntur, quod microscopio secus observatur. Totus enim foliorum ambitus opacus, viridissimus, textus cellularis compactus; ambitus foliorum ovatus, apex obtusiusculus, margo integerrimus, situs imbricatus, directio patens, nervus nullus. *Seta* terminalis pallida, duas lineas longa, erecta. *Capsula* cylindrica erecta, pallida, ore contracto. *Calyptra* mitraeformis.

An. *planifolium* Hedw. spec. posth. t. 6. quodammodo simile, longe differt foliis acuminatis denticulatis, capsula cernua, operculo subulato.

3. *Hookeria Perrini.* *

H. surculis laxe repentibus, foliis remotis ovato-lanceolatis acuminatis oblique binerviis laxissimis, calyptra apice pilosiuscula.

Hab. in Cayenna.

Color totius musci similis H. *albicanti* (Leskea Hedw.) aut *pallescenti* Hook. Sed longe diversus surculis laxe repentibus apicibus curvatis, *foliis* remotis ovato-acuminatis, quae madefacta aegerrime pristinam recuperant formam, sed id singularis habent, quod tela cellularis laxissima subhexagona, quod medium folium percurrit nervus ad $\frac{2}{3}$, praeter eum vero alius lateralis, nonnunquam deficiens,

quod folia sunt integerrima. *Seta* lateralis, erecta, pollicaris, glabra. *Capsula* ovata, cernua. *Operculum* rostratum. *Calyptra* mitriformis, apice pilifera. Peristomium Leskeae.

H. *pendula* Hook. longe diversa foliis obtusis undique imbricatis, *falcata* Ej. propior, sed foliis secundis apice serratis aequinerviis differt.

VII. Filices.

4. *Lomaria martinicensis.* *

L. frondibus sterilibus subpinnatis, laciniis lanceolatis acuminatis integerrimis rigidiusculis; fertilibus pinnatis, pinnis linearibus falcatis, indusiis integerrimis.

Polypodium rigidis et acuminatis pinnulis *Plum. fil.* I. 90.

Hab. in Martinica. *Sieber.*

Neglecta haec a Plumerio probe delineata species, ad L. *attenuatam* Willd. accedit: sed haec differt lacinia frondis sterilis longissima, indusiis lacero-denticulatis. L. *striata* W. recedit pinnis basi cordatis apice serratis. Caudex nostrae est squamoso-paleaceus. *Stipes* cubitalis, teretiusculus, glaber, bruneus. *Frons* sterilis basi pinnata, pinnis distantibus, minoribus, superioribus subconfluentibus, terminalibus minimis. *Pinnae* omnes lanceolatae, acuminatae, integerrimae, digitales, rigidiusculae, basi subdecurrentes, parallelo-venosae. Sed venas in punctum terminare, quales Plumerius

pingit, haud observo. *Frondis* fertilis pinnae remotiusculae, lineares, falcatae, basi solutae, indusio continuo integerrimo.

5. *Asplenium humile.* *

A. fronde bipinnatifida oblongo-lanceolata, pinnis pinnatifidis attenuatis, laciniis obtusis crenatis cuneatis, soris costae parallelis, stipite glabro filiformi.

Hab. in Martinica. *Sieber.*

Frons spithamea. *Stipes* filiformis, niger, glaber, dilatatus ad divisiones. *Rhachis* nervique pinnarum subtus hirsutiusculi. *Pinnae* ovato-lanceolatae, sesquipollicares, tenerae, basi decurrentes. *Laciniae* obtusae, cuneatae, crenatae. *Sori* costis paralleli.

6. *Polypodium grammicum.* *

P. fronde bipinnata, stipulis fuscis paleaceis ad basin pinnarum et latera racheos, pinnis sessilibus lanceolatis acuminatis profunde pinnatifidis vel pinnatis, pinnulis linearibus obtusis lineatis ciliatis, soris in lineam confluentibus.

Hab. in Martinica. *Sieber.*

Singulares stipulae fuscae ad basin pinnularum et ad latera racheos. Singularis etiam confluxus sororum in lineas duas utrinque ad costam.

7. *Polypodium chnoodes.* *

P. fronde pinnata, pinnis oppositis sessilibus, superioribus confluentibus, lanceolatis acuminatis subrepandis utrinque pubescentibus, soris quadriseriatis.

Hab. in Martinica. *Sieber.*

Frons brachialis, lanceolata. *Stipes* glaber, pallidus, superne pubescens. *Pinnae* oppositae, inferiores remotae, reflexae, lanceolatae, acuminatae, vel integerrimae, vel leviter repandae, utrinque pubescentes, subdigitales, superiores confluentes. *Sori* utrinque ad costam duplici serie.

Accedit P. *dissimile* L., sed sori solitarii.

8. *Aspidium nigro-punctatum.* *

A. fronde pinnata lanceolata, pinnis alternis oblongis obtusis crenatis basi sursum acute auriculatis, deorsum truncatis, subtus nigro-punctatis glabris, soris biseriatis, stipite hirto.

Hab. in Martinica. *Sieber.*

A. *paraënse* W. proximum, sed differt stipite superne glabro, fronde subtus pubescente, soris solitariis.

9. *Dicksonia aculeata.* *

D. stipite aculeato, fronde supradecomposita, rachi pubescente, pinnulis oblongis obtusis pinnatifidis, laciniis obtusis subfalcatis.

Hab. in insulis Luciae et Martinica.

Jam ante viginti annos Schreberus ὁ μακαρίτης communicavit, nuper a Sieberio accepi.

10. *Alsophila martinicensis.* *

A. fronde bipinnata pubescente, pinnis lanceolatis pinnatifidis acuminatis apice integerrimis, laciniis oblongis obtusis crenatis, stipite rachique hirtis.

Hab. in Martinica. *Sieber.*

XIII. Cyperoideae.

11. *Schoenus hypomelas.* *

Sch. culmo tereti basi folioso, vaginis scariosis, foliis culmum superantibus teretiusculis retrorsum scabris, spicis fasciculatis lateralibus, squamis fuscis albo - marginatis, involucro diphyllo spicas superante.

Schoenus nigricans *Thunb. prodr.* cap. 16. *fl. cap.* 1. p. 348. *

Hab. ad latera montium CBS.

Schoenus nigricans L. europaeus satis differt: 1. statione, namque paludes habitat et loca maritima, noster vero montosa; 2. statura, est enim europaeus pedalis, noster spithameus; 3. culmo aphyllo, cum in capensi vaginae foliorum laxae, scariosae ad tertiam fere partem culmi ascendant; 4. involucri forma et longitudine, europaei enim involucrum colorem habet spicularum fusco - nigricantem: foliolum alterum solummodo superat spicas, alterum est brevius: capensis involucrum viride et striatum, utroque foliolo spiculas excedente; 5. squamarum colore eodem fusco - nigricante, cum capensis habeat squamas margine constanter albidas.

12. *Schoenus dispar.* *

Sch. culmo folioso laxe vaginato, foliis subtriquetris culmum superantibus, spiculis spicatis remotiusculis bracteatis subquadrifloris.

Hab. ad Zwellendam CBS.

Similis quidem Sch. spicatus Thunb., sed huius spiculae capitatae glomeratae, nec mentio fit vaginarum, quae in nostro insignes sunt. Primus enim plantae aspectus culmos prodit erectos, strictos, dodrantales vel pedales, usque ad spicas vaginis albissimis, tenerrimis, undique clausis tectos. Eae vaginae supersunt in foliis lateralibus marcidis, quae stipantur membranarum fuscarum lacerarum forma. *Folia* filiformia, subtriquetra, striata. *Spica* erecta, terminalis, basi ac superne etiam passim vaginis albis laxis et foliis brevioribus interstincta. *Spiculae* ovatae, quadriflorae, bruneae, sessiles, secundae; valvis acutis, appressis. *Setae* ternae ovarium ambeuntes.

13. *Schoenus tener.* *

Sch. culmo basi folioso foliisque capillaribus striatis, spiculis subternis lateralibus spadiceis, squamis lanceolatis obtusiusculis striatis.

Hab. ad Stellenbosch CBS.

Sch. tristachys Thunb. posset cum nostro confundi, sed is gaudet culmo articulato. Nostri culmi caespitosi capillares, aequales, capillares, stricti, spithamei, spicularum capitula superantes, basi vaginati, vaginis foliorum scariosis, laxiusculis. *Folia* capillaria, stricta, culmo breviora, glabra. *Spiculae* ternae, laterales, in capitulum congestae, spadiceae, subquadriflorae, lentis mole. *Squamae* lanceolatae, obtusiusculae, glabrae, striatae, infi-

mae steriles, superiores genitalibus onustae. *Antherae* erectae subulatae, longe exsertae. Ovarium setis stipatum.

14. *Rhynchospora nitida.* *

Rh. culmo tereti glabro aphyllo, foliis canaliculatis margine scabris, spiculis glomeratis subterminalibus nudis octofloris, involucro monophyllo spiculas excedente.

Hab. ad thermas prov. Stellenbosch CBS.

Culmus brachialis, solitarius, teres, glaber, striatus. *Folia* basi late vaginantia, linearia, canaliculata, culmo breviora, margine scabra. *Spiculae* glomeribus tribus remotiusculis terminalibus, lanceolatae, compressae, octoflorae, nitidae, croceo-bruneae, semunciales, erectae. *Filamenta* exserta. *Antherae* cuspidatae erectae. *Stylus* basi persistens. *Setae* hypogynae.

15. *Isolepis planifolia.* *

Is. culmo triquetro basi folioso monostachyo, foliis planis linearibus striatis margine scabris, spica subsexflora terminali bracteata.

Scirpus planifolius *Mühlenb catal.* p. 7. *descr. gram.* p. 32. * W. *Barton fl. philad.* 1. p. 33.

Hab. ad margines sylvarum, Jersey prope Woodbury, Pensylvaniae. ♃.

Culmus spithameus, triqueter, flaccidus, basi vaginis foliorum tectus, superne nudus. *Folia* culmum aequantia, aut parum breviora, plana, linea-

ria, striata, margine scabra. *Spica* ovata, terminalis, pallide flavicans: bracteis duabus basilaribus ovatis cuspidatis nervo viridi instructis. *Squamae* sex imbricatae, appressae glabrae. *Setas*, quas Mühlenbergius indicat, in sicco exemplari invenire haud potui, licet filamenta speciem setarum prae se ferant.

16. *Isolepis monostachya.* *

Is. culmo stricto teretiusculo ascendente basi folioso, foliis linearibus canaliculatis culmum aequantibus, spica ovata terminali solitaria, squamis obtusis.

Scirpus monostachys *König. Roxb. fl. ind. ed.* Carey I. p. 221.

Hab. in pascuis arenosis Indiae orientalis.

Culmi caespitosi, digitales aut spithamei, ascendentes, teretiusculi, subangulati, stricti, glabri, basi foliosi. *Vaginae* foliorum glabrae, scariosae. *Folia* linearia, canaliculata, margine scabra, stricta, patentia, culmum aequantia vel superantia. *Spica* terminalis, solitaria, ovata, glabra, helvola, bractea una aut altera spicam aequante suffulta; spica duas lineas longa, unam lata. *Squamae* infimae ovatae, acutae, steriles, superiores obtusae, sublacerae, appressae. *Ovarium* obcordatum, marginatum, setis stipantibus destitutum.

17. *Eleocharis macrostylis.* *

El. culmo teretiusculo aphyllo stricto, spiculis

capitatis lineari - lanceolatis, involucro polyphyllo capitulum superante, foliis culmo brevioribus linearibus ciliatis.

Hab. in Cuba. *Perrin.*

Culmus strictus, dodrantalis, pedalis, tereti-usculus, glaber, fili lintei mole, aphyllus. *Folia* radicalia, erecta, culmo breviora, linearia, inferne hirsuta, superne ciliata, striata. *Capitulum* terminale bruneo - flavum, spiculis plurimis lanceolato - linearibus, Marisci more convolutis. *Involucri* foliola sena, inaequalia, patentissima, hirsuta, capitulum superantia. *Stylus* longissimus, filiformis, persistens. *Setae* hypogynae ternae, scabrae.

XIV. Gramina.

18. *Paspalum cubense.* *

P. spicis paniculatis gracilibus, flosculis glabris uniseriatis, valvis orbiculatis inaequalibus, foliis scabris, ligula exserta.

Hab. in Cuba et vicinis insulis.

Culmus pedalis, brachialis, basi vaginis tectus, superne nudus, paniculatus, strictus. *Folia* disticha, lineari - lanceolata, elongata, patentia, culmo breviora, scabra, glauca, glabra. *Paniculae* terminalis rami erectiusculi, glabri, filiformes. *Flosculi* albi, glabri, alterni, una serie dispositi, orbiculati. *Valvae* inaequales, externa maior, apiculata, internam amplexans.

19. *Panicum frumentaceum* Roxb. fl. ind. ed. Carey 1. p. 307.

P. racemo composito subsecundo erecto, calycibus subternis nervosis acutis hispidiusculis, foliis retrorsum scabris striatis.

Colitur per Bengaliam, frumentum salubre ac nutriens, quinquagies multiplicatur. *Roxb.*

Culmus brachialis, erectus, ramosus, compressus, glaber, vaginis tectus glabris. *Ligula* nulla. *Folia* dodrantalia, retrorsum scabra, acuminata. *Racemus* compositus, terminalis, basi nudus. *Pedunculus* angulatus, ad exitum ramusculorum barbatus. *Flores* secundi, brevissime pedicellati, subterni. *Valvae* calycinae trinerviae, mucronatae, hispidiusculae. *Semina* glaberrima.

Panicum stagninum *Retz.* nostro simillimum, sed aristatum, nostrum muticum.

20. *Panicum heterophyllum.* *

P. spicae compositae ramis angulatis, rachibus particularibus alternis divaricatis pilosis, flosculis brevissime pedicellatis glabris, culmo ascendente compresso, foliis inferioribus glabris, superioribus supra hirsutis.

Hab. in India orientali. ♃.

Culmi plures ex una radice, caespitosi, firmi, compressi, glabri, vaginis glabris vestiti, cubitales, nodosi, geniculati. *Ligula* nulla. *Folia* inferiora glabra, acuta, margine scabra, nervosa, su-

periora supra hirsuta. *Spica* composita terminalis, basi folio cincta. *Rhachis* quadrangularis, glabra. *Rhachides* partiales remotae, divaricatae, pilis sparsis obsitae. *Flosculi* gemini, exigui, virides, glabri. *Valvae* calycinae trinerviae, tertia minima.

Proximum fere P. *tenue* Roxb. Sed differt statura orgyali, panicula vera et valvis calycinis multinerviis.

21. *Anthephora villosa.* *

A. vaginis foliisque glaucis villosis.

Hab. in India occidentali.

Culmus ramosus, compressus, brachialis. *Vaginae* undique villosae subhirtae. *Ligula* oblonga, lacera. *Folia* laxa, striata, glauca, basi hirta, undique villosa. *Spica* terminalis, solitaria, intra vaginas florens, post elevata, pedunculo glabro, angulato. *Rachis* angulata, flexuosa, glabra. *Calyx* (involucrum) tri - quinquepartitum, incisuris basi sinuosis, cartilagineus, glaber, acutus, laciniis margine subciliatis, basi raro dente brevissimo obtuso instructis. *Flosculi* bini, bivalves, glabri, hermaphroditi.

Anthephora elegans Schreb. ceterum simillima differt glabritie vaginarum culmique, foliorum etiam, quae solummodo margine scabra sunt.

22. *Reimaria diffusa.* *

R. foliis planis glaberrimis, ligula pilosa, panicula ramosissima nutante, calycibus glabris.

Hab. in Martinica. *Sieber.*

Gramen, ut videtur, cubitale aut brachiale, culmo glabro, tereti, vaginato. *Folia* pedalis, plana, glaberrima, scabriuscula, acutissima, basi interna pilis vestita. *Panicula* ex ultimo folio prorumpens, sesquipedalis, ramosissima, nutans, pedicellis angulatis, asperis. *Flosculi* erecti, brunei. *Calyx* univalvis, nervosus, glaber, corollam longiorem involvens. *Corolla* bivalvis, convoluta, acuta. Etiamsi stamina numerare haud potui, ac alienus sit graminis habitus in Reimaria acuta Flügg., tamen ad idem genus pertinere autumo.

23. *Cenchrus hirsutus.* *

C. foliis plicatis hirsutis, spica simplici, involucris linearibus decemfidis hispidis, spiculis subquinis rufescentibus involucrum aequantibus, valvulis acuminatis.

Hab. in Hispaniola.

C. *pilosus* Humb. aemulus, sed differt foliis solummodo pilosis, involucro setaceo flosculos multo excedente, setis nigris, valvulis latioribus subtruncatis.

24. *Lappago aliena.* *

L. culmo basi radicante, foliis undulatis glabris, vaginis laxis, calycibus subaequalibus glabriusculis.

Hab. in Brasilia. *Zeyher.*

Differt a L. *racemosa*, maxime valvis calycinis subaequalibus, inferiore basi saccata, non omnibus

muricatis, sed superioribus duntaxat, foliis multo latioribus, undulatis, vaginis foliorum laxis, culmo denique basi radicante.

25. *Chloris dolichostachya* Lagasc. elench. plant. p. 5.

Chl. spicis fasciculatis subsenis longissimis rectis divaricatis, calyce inaequali acuminato, corolla truncata glabra, aristis coloratis longissimis.

Chl. truncata *R. Brown prodr. nov. holl.* p. 186.?

Hab. in nova Hollandia et insulis Philippinis.

Culmi caespitosi, sub diu in horto halensi culti pedales, vaginis foliorum ancipitibus glabris tecti. *Ligula* nulla. *Folia* basi longe ciliata, cetero glabra, striata, breviuscula, obtusiuscula. *Pedunculus* nudus, glaber, teres. *Spicae* senae, ex eodem apice culmi et callis fuscis pubescentibus natae, horizontales, vel parum deflexae, dodrantales, lineares, strictae. *Rhachis* triangularis, glabra. *Flosculi* secundi, alterni, pallide rufi. *Valvae* calycinae inaequales, lanceolatae, acuminatae, muticae, rubrae. *Corollae* duae, truncatae, glabrae, altera equitans: valvae exteriores longissime aristatae, arista rubra rhachi appressa.

26. *Festuca Fenas* Lag. gen. et sp. nov. p. 4.

F. paniculae ramis subsecundis fasciculatis contractis, spiculis subsessilibus suboctofloris obsolete aristulatis glabris, foliis striatis retrorsum scabris, ligula nulla.

Poa tenax *Link enum. hort. berol.* 1. p. 87.

Hab. in Hispania meridionali. ♃. Bonum pabulum equis mulisque, *Fenas* dicitur.

Culmus erectiusculus, brachialis, glaber, nodosus, teres. *Vaginae* glabrae. *Ligula* nulla. *Folia* striata, rigida, retrorsum scabra. *Panicula* dodrantalis, contracta. *Rami* nudi, glabri, fasciculati, subsecundi, abbreviati, inaequales. *Spiculae* sessiles, lanceolatae, virides, suboctoflorae, glabrae. *Valvae* apice fuscae, margine albidae, aristula brevissima terminatae.

Fest. *poaeformis* Host. nullo modo accedit. Paniculae rami enim in hac aequales verticillati, spiculae vix quadriflorae purpurascentes; folia multo tenuiora, flaccida.

XVIII. Sarmentaceae.

27. *Dioscorea martinicensis.* *

D. caule inermi glabro angulato; foliis alternis cordato-acuminatis undecim-nerviis; spicis compositis axillaribus divaricatis.

Hab. in Martinica. *Sieber.*

D. *piperifolia* Humb., quae simillima, differt caule scabro, racemis solitariis, nervisque foliorum novenis. D. *altissima* Lam. differt foliis oppositis septemnerviis.

XIX. Coronariae.

28. *Pontederia paniculata.* *

P. foliis cordato - ovatis acutis, panicula erecta, petalis longe unguiculatis.

Hab. in Brasilia.

Herba cubitalis et altior. *Folium* unicum petiolo amplo vaginante, cordato-ovatum acutum, enervium. *Panicula* erecta, ramosa, dodrantalis, glabra. *Pedunculi* patentes. *Corolla* variegata. *Petala* superiora angustiora flavida, inferiora latiora purpurea. *Stamina* sex, quorum tria in fundo corollae, tria petala inferiora aequant.

XXVII. Polygoneae.

29. *Rumex reticulatus* Besser.

R. hermaphroditus granifer, foliis petiolatis oblongis undulatis, inferioribus cordatis, superioribus in petiolum attenuatis, valvis graniferis dentatis reticulatis.

R. ucranicus *Besser* in *nov. provent.* p. 36. *Hornem. havn. suppl.* p. 43. *Link enum. berol.* I. p. 351. (?)

Hab. in Ucrania et Volhynia. ☉.

Caulis ramosus, cubitalis vel brachialis, glaber; ramis teretibus, striatis, patentibus. *Folia* alterna, remota, subfasciculata. *Petioli* inferiorum bi - sesquipollicares, canaliculati, patentissimi. *Folia* inferiora cordata, oblonga, crispo - undulata,

glabra, digitum longa, sesquipollicem lata: superiora utrinque attenuata, minus undulata. *Flores* verticillati, pedunculati, hermaphroditi. *Valvae* fructus lanceolatae, obtusiusculae, graniferae, grano fusco aspero, reticulatae, dentatae dentibus patentibus longitudine valvarum latitudinem aequantibus.

Proximus R. *pulcher* differt foliis inferioribus panduraeformibus, omnibus fere sinuatis obtusis, valvulis quidem dentatis graniferis, sed dentibus minus longis, valva unica maxima granifera, ceterarum grano obsoleto. R. *persicarioides* et *maritimus* differunt foliis longissimis lineari-lanceolatis.

30. *Amarantus lineatus* R. Br. prodr. nov. holl. p. 414.

Am. glomerulis triandris axillaribus, spicatis terminalibus, sepalis scariosis obtusis mucronulatis, foliis lanceolatis obtusiusculis mucronatis basi attenuatis subtus lineatis, utriculo ruguloso.

Hab. in nova Hollandia ad fluvium Endeavour et in insulis Sandwichii.

Caulis strictus, quadripedalis, glaber, angulatus, ramosus. *Rami* patentes, foliosi, florigeri. *Petioli* alterni, pollicares, patentes. *Folia* lanceolata, in petiolos attenuata, integerrima, duos pollices longa, apice obtusa, mucronulata, glabra, subtus venis albidis parallelis percursa. *Glomeruli* florum axillares, apice in spicam producti. *Perian-*

thium pentasepalum, triandrum. *Sepala* scariosa obtusa, nervo medio viridi ultra apicem producto. *Utriculus* monospermus, rugulosus.

Am. *tenuifolius* Willd. proximus, sed differre videtur foliis retusis, caule diffuso, glomerulis haud spicatis.

31. *Amarantus diandrus.* *

Am. glomerulis diandris cymosis axillaribus nudis, foliis ovatis mucronato-dentatis in petiolos decurrentibus.

Hab. in Nepaul.

Caulis ramosus, angulatus, glaber, subrubescens. *Petioli* alterni, pollicares, canaliculati, patentes. *Folia* pollicaria, ovata, glabra, inaequaliter dentata, dentibus mucronatis, acuta, rugulosa, glabra. *Cymae* axillares, petiolis breviores, ramis divaricatis, floribus glomeratis, aphyllae. *Calyces* quinquepartiti, laciniis obtusiusculis margine diaphanis, pleriquee hermaphroditi, sed et feminei et masculi. *Stamina* duo. *Utriculus* monospermus transversim dehiscens.

Ad *Blitum chenopodioides* Lam. forte quis retulerit, quod tamen differt calyce tripartito foliisque hastatis sinuatis.

XXXIII. Amentaceae.

32. *Lacistema alterum.* *

L. foliis oblongis serratis venosis.

Hab. in Cuba et Hispaniola.

L. *myricoides* Sw. differt foliis lanceolatis integerrimis subaveniis. Amentorum florumque structura in utraque specie eadem.

XXXIV. Urticeae.

33. *Urtica cellulosa.* *

U. foliis oppositis ovatis integerrimis trinerviis subtus celluloso callosis, stipulis ovatis exiguis, floribus paniculatis terminalibus dioeciis.

Hab. ad promontorium Crucis insulae Cubae.

Radix lignosa, sarmentosa. *Caulis* erectus, herbaceus, glaber, angulatus, nodosus, dodrantalis. *Petioli* oppositi, semipollicares, patentes. *Folia* ovata, semipollicaria, acuta, basi attenuata, integerrima, trinervia, supra glabra opaca, subtus punctis callosis oblongis obsita, textuque celluloso ut videtur aperto, praedita. *Stipulae* ovatae, membranaceae, integerrimae, exiguae. *Panicula* terminalis aphylla, erecta, glomerulis florum masculorum remotiusculis.

U. *reticulata* Sw. quodammodo similis, differt foliis serratis, racemis folio brevioribus, cum nostrae panicula folia longe superet. U. *stolonifera* Sw. folia habet villosa, dentata, crispa.

34. *Urtica portulacoides.* *

U. foliis oppositis subrotundis crassiusculis integerrimis glaberrimis, alternis maioribus, floribus

terminalibus dioicis, caule ascendente herbaceo basi radicante.

Hab. in India occidentali, Cuba et Hispaniola.

Proximae U. *herniariaefolia*, *trianthemoides* et *microphylla* Sw. Prima differt foliis tenerrimis, minus obtusis, subspathulatis, floribus minutissimis monoicis axillaribus terminalibusque. U. *trianthemoides* Sw. habet potius folia oblonga, supra venis parallelis striata, subtus porosa (per lentem), flores monoicos racemosos axillares. U. *microphylla* Sw. foliis gaudet ovatis acutiusculis obsolete trinerviis.

35. *Urtica semidentata* Juss. apud Poir. enc. suppl. 4. p. 222. *

U. foliis oppositis lanceolatis apice inaequaliter dentatis subtrinerviis glabriusculis, stipulis scariosis, floribus dioicis paniculatis subterminalibus.

Hab. in insulis Portoricco, Cuba et Hispaniola.

Radices fibrosae. *Caulis* herbaceus, dodrantalis, angulatus, nodosus. *Folia* opposita, petiolata, lanceolata, utrinque attenuata, bipollicaria, versus apicem sinuato inaequaliter dentata, nudo oculo glabriuscula, armato strigulis appressis aspera, nervis binis marginalibus cum medio. *Stipulae* scariosae, fuscae, obtusae. *Panicula* ex ultimis axillis prodiens flosculos gerit dioicos minutos.

36. *Dorstenia peltata.* *

D. foliis orbiculatis peltatis integerrimis pubescen-

tibus, scapis subradicalibus, receptaculis oblongis.

Hab. in locis maritimis Hispaniolae.

Ab omnibus aliis adeo differt, ut nullo modo confundi possit. *Petioli* digitales, spithamei, pubescentes. *Folia* pollicem longa lataque, integerrima, venosa, pubescentia. *Scapi* e trunco radicali proveniunt, tertiam partem petiolorum aequant. *Receptacula* oblonga, vix tres lineas diametro aequant.

XXXV. Tricoccae.

37. *Croton strigosus.* *

Cr. caule herbaceo strigoso, foliis ovali-oblongis integerrimis eglandulosis supra nudis subtus pube stellata appressa strigillosis, racemis axillaribus, capsulis hirsutis.

Hab. in insulis maioribus Antillis.

Radix fibrillosa, torta. *Caules* caespitosi, plures ex una radice, dodrantales, tenues, herbacei, subramosi, strigis substellatis obsiti. *Folia* petiolata, alterna, semiunguicularia, ovalia, aut oblonga, utrinque parum attenuata, integerrima, eglandulosa, supra nuda punctata, subtus pube stellata densa appressa strigillosa. *Racemi* parvi axillares et terminales, pollicares. *Capsulae* globosae, hirsutae.

Proximi Cr. *lanceolatus* Cav., qui foliis trinerv-

viis glabris, et Cr. *microphyllus* Lam., qui glabritie pariter omnium partium, praeter pilos ramorum glandulosos distinguitur.

38. *Croton venosus.* *

Cr. caule fruticoso tomentoso, foliis cordato-ovatis serrulatis stellato-pubescentibus subtus incano-tomentosis venosis eglandulosis, stipulis subnullis, spicis terminalibus.

Hab. in insulis S. Thomae et Crucis Indiae occidentalis.

Proximus Cr. *argenteus* L. differt foliis minus cordatis quinquenerviis, pube stellata mollibus, stipulis etiam linearibus, deciduis quidem, sed manifestis. Nostri folia omnia cordata, pube stellata hirsutiora, venis subtus prominulis, nullis nervis praeter medium, stipulis solummodo ad apicem ramorum et iuniora folia.

39. *Croton calycinus.* *

Cr. frutescens, ramis dichotomis, foliis eglandulosis ovato-oblongis crenatis supra stellato-pubescentibus, subtus dense tomentosis, calycibus femineis maximis, stigmatibus multipartitis.

Hab. in Brasilia.

Insignis calycibus fructiferis inflatis maximis tomentosis, densoque tomento faciei foliorum inferioris.

40. *Hedwigia simplicifolia.* *

H. foliis simplicibus, paniculis lateralibus.

Hab. in Martinica. *Sieber.*

Rami cortice nigricante, glabro. *Petioli* alterni, glabri, canaliculati, pollicares. *Folia* oblonga, utrinque acuminata, subspithamea, utrinque glaberrima, integerrima, venosa. *Paniculae* cymosae, axillares, petiolos fere aequantes, adeo foliis multo breviores. *Pedicelli* patentes, subreflexi, pubescentes. *Calyx* quadridentatus, minimus. *Corolla* quadrifida, pallida, laciniis obtusiusculis. *Filamenta* octo, latiora, erecta. *Antherae* totidem subrotundae. *Capsula* videtur trilocularis.

Hedwigia balsamifera Sw. statim dignoscitur foliis pinnatis, cortice albido-cinereo, paniculis terminalibus.

XXXIX. Personatae.

41. *Herpestis domingensis.* *

H. caule erecto glabro, foliis oblongis crenatis basi cuneatis, pedunculis aggregatis apice bibracteatis folio brevioribus, calycibus fructiferis oblongis reticulatis.

Hab. in Hispaniola.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, glaber, basi ramosus, quadrangulus. *Rami* patentes, quadranguli, glabri. *Folia* opposita, petiolata, pollicaria, oblonga, basi cuneata, integerrima, versus apicem obtusum crenata, glabriuscula. *Pedunculi* aggregati, uniflori, axillares, pubescentes,

apice bracteis linearibus brevibus instructi, subreflexi, foliis breviores. *Calyx* quinquepartitus, inaequalis, laciniis duabus maioribus oblongis reticulatis fructum obtegentibus. *Corolla* tubulosa, ringens, albida. *Capsula* calyce inclusa, bilocularis, placenta dissepimento adnata.

Herp. *moranensis* Humb. et Bonpl. similis, differt: pedunculis solitariis folio longioribus. Herp. *chamaedryoides* H. et B. (Lindernia dianthera Sw.) folia habet minora crenulata, pedunculos solitarios erectos, ebracteatos, foliis longiores.

42 *Barleria brasiliensis.* *

B. foliis glabris sessilibus, floribus dense spicatis, bracteis subrotundis ciliatis flores superantibus.

Hab. in Brasilia.

Frutex ramis teretibus glabris. *Folia* opposita, sessilia, oblonga, spithamea, utrinque glabra, venosa, integerrima, basi apiceque attenuata. *Spicae* pedunculatae axillares, basi foliosae. *Bracteae* insignes, coloratae, ciliatae, subrotundae. *Calyx* minimus, quadrifidus, laciniis angustis acutis. *Corolla* ringens, labio superiori integro, inferiori trilobo.

43. *Conobea borealis.* *

C. caule erecto ramisque pubescentibus, foliis oppositis subconnatis lineari - lanceolatis apice denticulatis, pedunculis unifloris axillaribus patentibus folia aequantibus.

? Collinsia verna *Nuttall. amer.* 2. p. 46. *Journ. acad. nat. sc. Philad.* vol. 1. t. 9.

Gratiola neglecta *Torrey catal. noveborac.* p. 10. 89.

Hab. in locis humidis prope Noveboracum et ad fl. Ohio.

Radix perennis, fibrosa. *Caulis* erectus, spithameus, ramosus, teres, pubescens. *Folia* opposita, sessilia, subconnata, lineari-lanceolata, utrinque attenuata, apice denticulata. *Pedunculi* axillares, patentes, glanduloso-pilosi, folia aequantes aut parum superantes. *Bracteae* duae lineares, patentes ad basin calycis, glanduloso-pilosae, calyci aequales. *Calyx* quinquefidus, laciniis subaequalibus obtusiusculis, pubescentibus. *Corolla* albida, calycem duplo superans, bilabiata, labio superiori emarginato, inferiori trilobo, lobo medio saccato, glabra. *Stamina* quatuor, duo sterilia. *Capsula* ovata, quadrivalvis. *Placenta* demum e dissepimento secedens. *Semina* pauca.

Conobea viscosa * nov. prov. similis, caule erecto brachiali, viscoso, foliis argute serrulatis, pedunculis glabris, corolla lilacina differt.

Collinsiam vernam Nuttall. huc trahere suadet et auctoritas Torreyi et icon satis quadrans.

Gratiola sphaerocarpa Elliot. Carol. austr. p. 14., quam simillimam censet Torreyus, alienam

arbitror ob glabritiem partium, flores sessiles, capsulam bivalvem et semina numerosa.

XLIV. Asperifoliae.

44. *Messerschmidia punctata.* *

M. foliis oblongis utrinque attenuatis ciliatis supra albo punctatis subtus laevibus, spicis paniculatis axillaribus divaricatis.

Hab. in insula Martinica. *Sieber.*

Messerschmidiam esse patet e corollae infundibuliformis laciniis subulatis, quamvis baccam haud viderim.

Frutex est scandens, ramis glabris teretibus fuscis. *Folia* alterna, petiolata, sesquipollicaria, oblonga, apice basique attenuata, supra punctis albis callosis obsita, subtus laevia, venosa, margine ciliata, integerrima. *Spicae* axillares, terminales, paniculatae, divaricatae. *Calyx* exiguus, quinquepartitus, laciniis patentibus subulatis. *Corolla* calyce triplo maior, infundibuliformis, laciniis subulatis.

XLV. Solaneae.

45. *Solanum chloranthon.* *

S. inerme, foliis integerrimis oblongis basi attenuatis supra nitidis glaberrimis subtus stellata pube tomentosis, pedunculis extrafoliaceis subumbellatis, corolla minuta viridi.

Hab. in Brasilia. *Zeyher.*

Insigne floribus minutis viridibus, foliis oblongis subspithameis, supra nitidis, subtus dense tomentosis, pube stellata, qua et rami et pedunculi obducuntur.

XLVI. Convolvuleae.

46. *Convolvulus domingensis.* *

C. caule hirto volubili, foliis quinato-digitatis lanceolatis serratis glabris, pedunculis unifloris folia superantibus calyceque glaberrimis.

Hab. in Hispaniola.

C. *quinquefolius* L. differt pedunculis multifloris et foliis potius palmatis quam digitatis. (*Plum.* ic. t. 91. f. 2) C. *cissoides* Lam. habet pedunculos calycesque hispidos.

47. *Ipomoea lachnaea.* *

I. caule volubili foliisque oblongo-lanceolatis mucronatis densissime lanatis, racemis axillaribus imbricatis foliosis.

Hab. in Hispaniola et aliis insulis Indiae occidentalis.

Ip. *imbricata* Roth. nov. spec. p. 112. proxima caulem habet haud volubilem, sed fruticosum, folia latiora, utrinque obtusa, folia floralia intus glaberrima. Haec omnia lanata aut sericea in nostra. *Corolla* purpurea magna.

48. *Diplocalymma volubile.* *

DIPLOCALYMMA.

Char. gen. Cal. duplex, exterior bivalvis, interior decemdentatus. *Corolla* infundibuliformis, subplicata. *Antherae* quinque sagittatae intra tubum. *Stigma* urceolatum. *Capsula* supera bilocularis.

Exemplar accepi siccum sine patriae indicio. Est herba volubilis, vel Convolvuleae vel Nyctagineae. *Caulis* substrigosus, ramis fili lintei crassitie. *Folia* opposita petiolata subcordato - lanceolata, subtus hirsuta, trinervia, integerrima. *Pedunculi* axillares uniflori, pilosi, folia aequantes. *Bracteae* binae aut valvae calycis externi florem occultantes. Flos albidus.

49. *Cordia strigosa.* *

C. foliis subrhombeo - ovatis angulato - dentatis utrinque strigosis, racemo subsecundo nudo terminali.

Hab. in Cuba et Hispaniola.

Folia remota, alterna, petiolata, basi attenuata integra, angulato - dentata, obtusiuscula, venosa, utrinque strigosa, viridia. *Racemus* aphyllus terminalis, pedunculis subsecundis. *Calyx* tubulosus, ore contracto, dentibus subulatis elongatis. *Corolla* infundibuliformis, pallida, limbo quinquelobo. *Stigma* quadripartitum. *Drupa* nucibus quatuor.

50. *Cordia villosa.* *

C. foliis oblongis obtusis undulatis crenatis rugosis incanis villosis, floribus terminalibus subracemosis, calycibus hirsutis subglobosis.

Hab. in Brasilia et Surinamo.

Varronia crenata Ruiz et Pav. satis vicina, distinguitur foliis hirsutiusculis subtus tantum canescentibus, pedunculis etiam lateralibus solitariis folia superantibus. Nostra est frutex, ramis patentibus fuscis hirsutis, tuberculis albis e lapsu petiolorum. *Folia* alterna brevissime petiolata, oblonga, utrinque incana, undulato-rugosa, crenata, villosissima, unguicularia, subtus venosa. *Pedunculi* terminales racemosi, pauciflori, brevissimi. *Calyx* hirsutissimus, subglobosus, quinquefidus. *Corolla* prioris, pallida.

XLVIII. Gentianeae.

51. *Buddlea Neemda* Buchan. Roxb. fl. ind. ed. Carey, vol. I. p. 411.

B. foliis oblongis dentatis connatis basi auriculatis subtus incano-tomentosis, floribus verticillatis bracteatis.

Hab. in Chittagong Bengaliae. ♃.

Planta suffruticosa, cubitalis vel brachialis, ramosa, caule ramisque tetragonis, angulis alatis; pube ramosa subtomentosis. *Folia* spithamea, duos pollices lata, crenato-dentata, acutiuscula, con-

nata, auriculata, rugosa, venosa, supra pube ramosa obtecta, subtus incano-tomentosa. Folia summa in bracteas abeunt connatas incano-tomentosas, verticillis paullo longiores. *Verticilli* remotiusculi, multiflori. *Bracteae* secundariae lineares, cuivis calyci adstantes. *Calyx* tubulosus, quadrifidus, incano-tomentosus, bracteas secundarias aequans. *Corolla* tubulosa, flava, extus intusque villosiuscula, tubo calycem excedente, limbo patente, quadrilobo. *Stamina* quatuor, aequalia, tubum aequantia. *Capsula* bilocularis, dissepimento a valvis involutis formato. *Semina* numerosa, minuta, scobiformia.

Roxburghii phrasis reprehendenda, quod folia opposita dicuntur, qualia non solum in toto genere, sed et in familia universa Gentianearum occurrunt: deinde petioli alati vocantur connati, cum tamen nulli adsint petioli, sed folia, more Silphii, caulem auriculis ambeant, post spicae vocantur, cum verticilli proprie dicendi sint. Flores albi demum dicuntur, qui lutei sunt.

Posset aliquis pro B. serrulata *Roth.* nov. spec. p. 82. habere, ni folia huius essent petiolata, lanceolata. Vicina etiam B. *connata* Ruiz. et Pav., quae tamen differre videtur floribus capitatis.

Enumerata quidem haec species a Linkio *hort. berol.* I. p. 125., neque tamen nostra descriptio superflua esse videtur.

XLIX. Contortae.

52. *Rauwolfia oppositifolia.* *

R. foliis oppositis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis glaberrimis parallelo-venosis, petiolis basi connatis, paniculis axillaribus reflexis.

Hab. in insulis Antillis maioribus.

Rami divaricati, glabri, angulati, articulati. *Petioli* basi dilatati, utrinque ramos amplexantes, connati, patentes, canaliculati, subpollicares. *Folia* spithamea, oblongo-lanceolata, utrinque glaberrima, integerrima, in petiolos attenuata, apice acuminata, subtus parallelo-venosa. *Panicula* axillaris, dichotoma, reflexa, aphylla. *Calyx* quinquefidus, laciniis ovatis. *Corolla* tubulosa, tubo calycem quater superante, limbo quinquepartito, oblique torto. *Drupa* dipyrena.

R. *nitida* L. proxima differt foliis lanceolatis ternis quaternisve, racemis subterminalibus erectis. R. *laevigata* Willd Ms. apud Röm. et Schult. 4. p. 805 comparari haud potuit, phrasis manca.

53. *Vallesia punctata.* *

V. foliis oblongis utrinque attenuatis pellucido-punctatis, ramulis petiolisque granulatis, fasciculis pedunculatis, corollis tomentosis.

Hab. in Brasilia. *Zeyher.*

Frutex *ramis* cinereis dichotomis. *Ramuli* compressi, granulati. *Petioli* alterni, compressi, granulati, unciales, patentes. *Folia* spithamea,

oblonga, utrinque attenuata, glaberrima, integerrima, pellucido-punctata. *Pedunculi* axillares, petiolo breviores. *Flores* fasciculati, basi bracteis lanceolatis suffulti. *Calyx* campanulatus, fuscus, granulatus. *Corolla* tubulosa, tubo elongato, extus tomentoso, limbo quinquefido. *Stamina* quinque corollam aequantia.

54. *Paederia erecta.* *

P. foliis cordato-oblongis subtus ramisque pilosis, panicula terminali ramosissima hirsuta, floribus pedunculatis.

Hab. ad Minas Geraes Brasiliae.

Rami teretes, pilosi. *Folia* opposita, petiolata, bipollicaria, cordato-oblonga, integerrima, acuta, supra nitidiuscula, pilis raris, subtus opaca, pilis confertis. *Panicula* terminalis, ramosissima, erecta, ramis oppositis alternisque hirsutis, pilis flavis: bracteae lineares minutae ad ortum ramorum. *Calyx* quinquedentatus, parvus, hirsutus. *Corolla* infundibuliformis, intus pilosa, subcontorta. *Stamina* intra tubum. *Pistillum* bifidum. *Bacca* sicca dipyrena.

P. *foetida* L. proxima caulem habet scandentem, folia utrinque glabra, cymas paucifloras.

55. *Secamone occidentalis.* *

S. caule volubili foliisque oblongis basi rotundatis mucronulatis villosis, floribus axillaribus subsolitariis pubescentibus.

Hab. ad Havanam Cubae.

Folia nostrae unguicularia, petiolata, subfasciculata, ovali-oblonga, haud cordata, sed basi vel rotundata vel subattenuata, apice mucronulata, integerrima, utrinque, praesertim subtus, villosa. *Pedunculi* axillares, solitarii, petiolos aequantes. *Flores* bractea una aut altera lineari suffulti. *Calyx* quinquedentatus. *Corolla* patens, subhypocrateriformis, quinquefida, pubescens, laciniis lanceolatis fusco-venosis. *Corona* staminea pentaphylla, membranacea, erecta. *Massae* pollinis denae, geminae.

56. *Sarcostemma lineare.* *

S. caule erectiusculo, foliis linearibus acutiusculis glabris, umbellis axillaribus multifloris.

Hab. in Cumana. *Perrin.*

Caulis erectus, teres, viridis, subherbaceus. *Folia* opposita, subsessilia, linearia, glabra, integerrima, acuta, unguicularia. *Umbellae* axillares, multiflorae, foliis breviores, pedunculis reflexis. *Calyx* quinquedentatus. *Corolla* rotata, glabra, pallida, quinquefida. *Corona* staminea duplex, cyathiformis, carnosa.

L. SAPOTEAE.

57. *Bumelia Ausuba.* *

B. foliis utrinque attenuatis nitidis venosis, pedunculis axillaribus unifloris brevissimis.

Ausuba *Ovied.* in *Barc. historiad.* vol. I. p. 40. *Plumier. icon. ined.* 5. t. 124. *Jussiev. Poiret* in *enc. suppl.* I. p. 546.

Hab. in Hispaniola.

Rami patentes cinerei, subangulati. *Folia* alterna, in petiolum decurrentia, acuminata, integerrima, supra nitida, venosa, subtus opaca, glaberrima, pollicaria. *Pedunculi* axillares, erecti, bilineares, solitarii. *Calyx* pentasepalus, exiguus, obtusus. *Corolla* duplex, externa quinquefida, squamis fissis inter lacinias positis. *Stamina* quinque his interiecta. Corolla interna quinquefida, limbo brevior. *Drupa* viscosa, crocea, pisi minoris mole, ovalis, subdipyrena, stylo coronata.

Proxima B. *salicifolia* Sw. distinguitur foliis supra aveniis, pedunculis confertis, drupis globosis siccis, submaculatis.

LV. Compositae.

A. Cynareae.

58. *Cirsium siculum.* *

C. foliis decurrentibus pinnatifidis supra nudiusculis subtus albo-tomentosis, laciniis divaricatis spinosis, calycibus pedunculatis axillaribus subsolitariis arachnoideis, spinis squamarum rectis simplicibus.

? Cnicus pungens *Bivon. sicul. plant.* cent. I. p. 26.

? Carduus palustris altissimus *Cupan. hort. cathol.* p. 36.

Hab. in Sicilia ad fluviorum margines frequens.

Magnopere dubito, Bivonae plantam nostram esse, quoniam flores racemoso-glomerati dicuntur, qui in nostra solitarii sunt. *Pedunculi* enim satis lanati, ex axillis prodeuntes, erecti, pollicares, solitarii calycem portant erectum, avellanae mole, subarachnoideum, squamis lanceolatis in spinas flavidas erectas aut patentiusculas abeuntibus. *Folia* decurrentia, angusta, lanceolata, pinnatifida, supra parce lanata, aut nudiuscula, subtus denso alboque tomento obsessa, laciniis divaricatis, nervis subtus flavidis, in spinas rigidas terminatis.

Cnicus pungens Willd., quem huc trahit Bivona, differt, caule spinoso, foliis subtus tenuiter, nec dense tomentosis, laciniis bifidis vel trifidis, quae integrae in nostro, foliorum tota etiam forma, quae magis ad Cn. lanceolatum accedit. Deinde Cn. pungens habet flores racemoso-glomeratos, quales in C. palustri occurrunt, quod longe secus se in nostro habet.

Cnicus polyanthemos *Bertol. amoen. ital.* p. 41., quem cum Bivonae planta iungit, haud eadem est, quoniam folia haud adeo profunde pinnatifida, sed potius, ut Linnaeus egregie dicit, *sinuata*; nec tomentum tam densum et album, maxime vero, quod flores racemoso-glomerati sunt.

Descriptionem Linnaeanam reprehendit immerito Bertolonius, ipse enim Romae lectum possideo exemplar, a Sebastianio definitum, quod cum Linnaei descriptione multo magis congruit, quam cum Bertolonii.

Ipse Sebastianius nomine *Cnici pungentis* W. suam plantam in *flor. roman. prodr.* p. 281. enumeravit, iconeque t. 7. illustravit: unde efficimus, multo magis id nomen mereri romanam plantam, quam siculam, quae satis differt.

59. *Cirsium rigens.* *

C. foliis sessilibus pinnatifidis utrinque hirsutiusculis, laciniis lanceolatis divaricatis bi - trifidis spinuloso - ciliatis, calycibus subbracteatis solitariis nudis, squamis lanceolatis erectis.

Carduus tataricus *Linn. spec. plant.* ed. 2. p. 1155. *ed. Reich.* 3. p. 685. * *La Chenal* in *act. helv.* 4. p. 294. t. 16. *

Cirsium foliis ciliatis semipinnatis *Hall. stirp. helv.* n. 176.

Carduus rigens *Ait. kew.* ed. 1. vol. 3. p. 144. *Murith. guide des botan.* p. 58.

Carduus tataricus *Lam. enc.* 1. p. 703.

Cnicus rigens *Willd. sp. pl.* 4. p. 1675. *Ait. kew.* ed. 2. vol. 4 p. 481. *Pers. syn.* 2. p. 388.

Cirsium tataricum *Allion. fl. pedem.* n. 550. *Cand. fl. franç.* 4. 114.

Hab. in pratis subalpinis Helvetiae, nuper

etiam prope Halam inventas, ad nemusculum Sebense, et Klein - Döllnitz.

Diu vexata et dubia species, quam demum Reichenbachius Dresdensis vero nomine insignivit. Crescit simul cum *Cirsio tuberoso* et *oleraceo*, ab utroque omnino diversum. Prius differt floribus purpureis, qui in nostro ochroleuci sunt, pedunculis longissimis unifloris nudis, calycibus lanatis, radice denique tuberosa. In nostro contra folia ad calyces usque ascendunt, quos, dum iuniores sunt, bractearum more muniunt, postea vero inferius secedunt, ut calyces nudi sint, nunquam lanati. Dein semper pedunculi dividuntur, ut bifidi fere appareant.

C. *oleraceum*, cuius flores simili colore gaudent, differt foliis multo latioribus, subtus nudis, summis cordatis albidis bracteas formantibus, calycibus grandioribus glomeratis.

Carduus tataricus Jacqu. (Cirsium), cum quo varii confuderunt, differt foliis lanceolatis, sinuato-dentatis, haud vere pinnatifidis, colore etiam florum albo.

Carduus erucagineus Lam. enc. I. p. 704. mihi ignotus est.

B. *Eupatorinae*.

60. *Eupatorium rugosum*. *

E. calycibus multifloris, foliis oblongis obtusis

repando - dentatis coriaceis rugosis subtus tomentosis, racemis terminalibus paucifloris.

Hab. in insulis Indiae occidentalis.

Caulis fruticosus, ramis teretibus, fuscis pubescentibus. *Ramuli* albo - tomentosi, foliosi. *Petioli* alterni, brevissimi, erecti, albo-tomentosi. *Folia* pollicaria, sesquipollicaria, rigida, oblonga, obtusa, supra opaca, rugosa, subtus reticulato-venosa, albo - tomentosa, ambitu repando - dentata.

Simile E. *salvifolium* Balb. in lit., quod vero foliis lanceolatis acuminatis, corymbis multifloris differt.

61 *Melananthera corymbosa.* *

M foliis ovatis triplinerviis acuminatis inaequaliter serratis utrinque asperis, pedunculis corymbosis hirsutis, calycibus subglobosis glomeratis.

Hab. in Guadalupa.

M. *aspera* Rich differt praecipue foliis dentato - crenatis, pedunculis unifloris axillaribus, calycibus hemisphaericis.

62. *Tetranthus hirsutus.* *

T. caule petiolisque hirsutis, flosculis duobus abortientibus.

Hab. in Hispaniola.

T. *litoralis* Sw. totus glaber, pedunculis solis pubescentibus, flosculis omnibus fertilibus. Noster sarmenta profert hirsuta, radicantia; *petiolos* ere-

ctos, subaggregatos, hirsutos, bi - trilineares; *folia* ovato - subrotunda, trinervia, acutiuscula, glabriuscula, ciliata, unguicularia; *pedunculos* filiformes, sesquipollicares, pubescentes, unifloros, laxos; *anthodium* pentaphyllum, quadriflorum, foliolis linearibus, ciliatis: calyculos partiales tubulatos, basi attenuatos, ciliatos; *corollulas* quatuor infundibuliformes, limbo quinquefido, fertiles duas hermaphroditas, duas masculas abortientes; *semina* denique oblonga, apice membranula ciliata coronata.

63. *Cotula fimbriata.* *

C. caule ramoso suffruticoso, foliis pinnatifidis longe ciliatis, lacinulis linearibus trifidis acutis, pedunculis corymbosis terminalibus.

Hab. ad Promont. bonae spei.

Caulis suffruticosus, ramosus, digitalis aut spithameus, *ramis* patentibus, foliosis, pubescentibus. *Folia* subsessilia, pinnatifida, lacinulis linearibus, trifidis, acutis, undique pilis longis albis ciliata. *Pedunculi* terminales, basi foliosi, subdichotomi, pubescentes. *Anthodium* hemisphaericum, subimbricatum, foliolis oblongis obtusis, appressis. *Flosculi* omnes tubulosi, disci quadrifidi, radii imperfecti feminei. *Semina* oblongo - linearia, pappo destituta.

C. *pubescens* Desf. accedit, sed folia pubescentia, pedunculi uniflori. C. *nudicaulis* Thunb. et

abrotanifolia W., licet folia similia sint, habent tamen pedunculos unifloros nudos.

64. *Flaveria repanda* Lag. gen. et spec. pl. p. 33.

Fl. caule ramosissimo, ramis patentibus rigidis, foliis oblongis repando-dentatis, floribus axillaribus.

Hab. in nova Hispania. ☉. *Azumiates.*

Caulis sesquipedalis, ramosissimus, ramis teretibus, glabris, pallidis, rigidis. *Folia* ad singules divisiones ramorum oblonga, utrinque attenuata, amplexicaulia, patentissima, bipollicaria, trinervia, glabra, repando-dentata. *Flores* in superioribus axillis sessiles aggregati, flavi, foliis cincti. *Receptaculum* nudum. *Flosculi* numerosissimi, tubulosi, nonnulli imperfecti feminei, reliqui hermaphroditi, bini, terni aut quini in calyculo proprio subtriphyllo. *Semina* oblonga, glabra, pappo destituta, foliolis calyculi obvoluta.

Fl. *Contrayerva* Pers. ramis flaccidis, floribus pedunculatis differt.

65. *Stoebe torta.* *

St. floribus aggregatis capitatis, foliis mucronatis tortis sericeo-lanatis.

Hab. ad Zwellendam CBS.

Frutex erectus, ramosus, spithameus. *Folia* dense imbricata, patentia, bi-trilinearia, angusta, torta, sericeo-tomentosa, mucrone fusco termina-

ta, summa capitulum bractearum more obvallantia. *Capitula* subrotunda, avellanae fere mole. *Receptaculum* paleaceum, paleis acutis flosculos aequantibus, flavido - fuscis. *Corollulae* paleis involutae, roseae, tubulosae, limbo subindiviso, aequales, hermaphroditae. *Semina* pappo plumoso coronata.

St. *ericoides* L. habet folia linearia, reflexa, glabriuscula.

C. *Radiatae.*

66. *Inula capensis.* *

I. caule erecto villoso, foliis cordato - oblongis sessilibus serratis subtus villoso - tomentosis mucronatis, squamis calycinis filiformibus pilosis.

Hab. ad Promontorium bonae spei.

I. *indica* ob folia serrata subtus tomentosa proxime accedit; sed folia acuminata, non mucronata, pedunculi elongati filiformes, qui in nostra corymbosi sunt. I. *Pulicaria* longe recedit foliis undulatis, haud serratis.

67. *Cineraria trachyphylla.* *

C. foliis ternis spathulatis sessilibus muricatis hispido - ciliatis, pedunculis unifloris pilosis elongatis, caule fruticoso.

Hab. ad Promontorium bonae spei.

Cum *Astere reflexo* L. videtur esse commutata. Huius autem folia sunt ovata, subimbricata, re-

flexa, ciliata, nec pedunculi elongati. Radius sanguineus, qui in nostra pallidus est.

68. *Böbera Porophyllum* Humb. nov. gen. 4. p. 198.

B foliis lyrato-pinnatifidis dentatis, sinibus glandulosis longe ciliatis, calyce exteriori spinuloso-ciliato.

Pteronia Porophyllum *Cav. ic.* 3. p. 13. t. 225. *Willd. sp. pl* 3. p. 1782. *Pers. syn.* 2. p. 392.

Dyssodia Porophylla *Cav. anal. de cienc. nat.* vol. 6. p. 335. *hort. matr.* t. 60. *Lagasc. gen. et spec. nov.* p. 29. *Willd. enum.* 2. p. 900.

Hab. in nova Hispania. ⊙.

Caulis strictus, tripedalis, herbaceus, angulatus, glaber. *Folia* alterna, semiamplexicaulia, lyrato-pinnatifida, glabra, pollicaria, laciniis argute dentatis, longe ciliatis, obtusiusculis, sinibus glandula oblonga pellucida instructis. *Folia* summa linearia, pinnatifida, tandem abeunt in involucrum, seu anthodium externum, quod foliolis linearibus spinuloso-ciliatis constat. Anthodium internum polyphyllum, foliolis lanceolatis fuscis acutis apice glandula notatis. *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus. *Corollulae* radii ligulatae, croceae, femineae calycem superantes, disci tubulosae concolores, hermaphroditae.

Ob radii defectum interdum occurrentem Cavanillesius *Pteroniae* protinus adnumeravit, licet huius

generis calyx imbricatus, pappus plumosus et receptaculum setoso-paleaceum obstent. Mox *Dyssodiae* adiudicavit, generi vago, nec satis bene constituto: namque pappus paleaceus in pluribus speciebus haudquaquam adest.

Böbera chrysanthemoides W. differt foliis bipinnatifidis, laciniis acutis integerrimis, anthodio utroque conformi octophyllo.

LIX. Rubiaceae.

69. *Anthospermum spathulatum.* *

A. foliis verticillatis spathulato-linearibus acutiusculis, ramis pubescentibus.

Hab. ad Promont. bonae spei.

Rami teretes, patentes, pubescentes. *Folia* verticillata subsena, breviter petiolata, spathulato-linearia, utrinque glabra, integerrima, acutiuscula, quatuor fere lineas longa, lineam vix lata. *Flores* axillares, verticillati. *Calyx* quadripartitus, pallidus, laciniis patentibus, lanceolatis. *Stamina* quatuor calycem aequantia. *Corolla* nulla. *Pistillum* nullum.

Anth. *lanceolatum* Thunb. differt ramis laevibus, foliis lanceolato-linearibus sessilibus uncialibus acutis. Anth. *ciliare* L. habet folia hispida ciliata.

70. *Spermacoce grandiflora.* *

Sp. hirta, foliis linearibus rigidis cuspidatis cilia-

tis, stipularum ciliis subulatis elongatis, floribus geminis axillaribus, fructibus globosis glabris.

Hab. in Cuba et Hispaniola.

Rami superne angulati, hirti. *Folia* opposita rigida, patentia, linearia, utrinque hirta, cuspidata, ciliata, pollicem et quod excedit longa, duas lineas lata. *Stipularum* cilia erecta subulata, quatuor lineas longa. *Flores* bini, oppositi, axillares. *Calyx* superus, quadridentatus. *Corolla* infundibuliformis, alba, glabra, quatuor lineas longa. *Stamina* quatuor inclusa. *Fructus* globosus, glaber, bilocularis, loculis monospermis.

Sp. *linifolia* Vahl. differt villis ramorum brevibus, mollibus; foliis glabriusculis, floribus capitatis, staminibus exsertis. Sp. *hirta* Sw. distinguitur foliis ovato-lanceolatis lineatis scabris, staminibus exsertis.

71. *Spermacoce capitellata* Willd. herb. in *Röm. et Schult.* 3. p. 530.

Sp. foliis ovato-oblongis utrinque attenuatis lineatis glabris, stipulis ciliato-setosis, verticillis globosis, corollis intus villosis, staminibus exsertis.

Hab. in Cuba et Hispaniola.

Caulis cubitalis, herbaceus, glaber, quadrangularis, cubitalis. *Folia* opposita, petiolata, ovato-oblonga, acuta, basi attenuata, lineata, glabra. *Stipulae* connatae, ciliatae. *Verticilli* globosi, multiflori. *Corollae* albidae. *Stamina* exserta.

Sp. *latifolia* Aubl. proxima differt floribus axillaribus non verticillatis, corollis intus glabris.

72. *Catesbaea triacantha.* *

C. foliis fasciculatis spathulatis, spinis sparsis trifidis, floribus aggregatis axillaribus pedunculatis folio brevioribus.

Hab. in Hispaniola.

Frutex erectus, ramis patentibus, cortice lutescente. *Folia* unguicularia, fasciculata, rigida, spathulata, subsessilia, integerrima, glaberrima. *Spicae* sparsae, axillares, terminales, erectae, medio trifidae, rigidae. *Pedunculi* aggregati, axillares, brevissimi. *Calyx* superus minimus, quadridentatus. *Cor.* infundibuliformis, tubo gracili, limbo quadrifido. *Stamina* fere invisibilia intra faucem. *Bacca* exigua, polysperma, bipartibilis.

Character reliquarum specierum ita emendandus est:

Cat. *spinosa* L., spinis simplicibus oppositis, foliis oppositis ovalibus lucidis, pedunculis solitariis, corollae tubo longissimo folia superante.

Cat. *parviflora* Sw., spinis simplicibus oppositis, foliis subternis ovato-subrotundis spina brevioribus, floribus subsessilibus axillaribus folia superantibus, corollae tubo tetragono.

Chomelia spinosa Jacqu., pro qua habita fuit nostra, longissime differt, spinis simplicibus oppositis, foliis oblongis utrinque acutis pollicaribus, pe-

dunculis trifloris folio longioribus, tubo corollae filiformi pollicari, drupa denique nuce biloculari.

Chom. *fasciculata* Sw. differt ramis spinescentibus, cetero inermibus, foliis ovatis acutis, pedunculis solitariis folio longioribus.

73. *Guettarda umbellata.* *

Gu. foliis oblongis utrinque glaberrimis, ramis tuberculatis, iunioribus compressis superne dilatatis, pedunculis axillaribus aggregatis, corolla glabra.

Hab. in Brasilia.

Rami fusci, glabri, cicatricibus obsessi: *ramuli* superne dilatati compressi. *Folia* opposita, petiolis amplexicaulibus, stipulatis; oblonga, subdigitalia, utrinque glaberrima, integerrima, venosa. *Pedunculi* aggregati, axillares, filiformes, flexuosi. *Calyx* minimus, quinquedentatus. *Corolla* tubulosa, glabra, limbo quinquefido. *Stamina* inclusa. *Drupa* hirta sexlocularis.

LXIII. Terebinthaceae.

74. *Amyris diatrypa.* *

A. foliis ternis, foliolis subrotundis obtusis emarginatis pellucido - punctatis integerrimis supra lucidis, paniculis axillaribus paucifloris folio brevioribus.

Hab. in Hispaniola.

Nulla alia vicina, nisi forte Am. *maritima*, quae tamen foliis crenulatis haud punctatis differt. *Rami* nostrae teretes cinerei. *Petioli* pubescentes.

Foliola subpollicaria, pellucido-punctata, supra lucida, subtus opaca, glaberrima, integerrima, apice emarginata, subcoriacea. *Paniculae* pauciflorae, axillares, erectae, folio breviores.

75. *Gouania paniculata.* *

G. caule erecto, foliis ovatis acutis obtuse serratis glabris triplinerviis, spicis paniculatis.

Hab. in Hispaniola.

Rami lignosi, cirrhis destituti, floriferi aphylli. *Petioli* alterni, erectiusculi, glabri, subbipollicares. *Folia* spithamea, dodrantalia, utrinque glabra, ovata, acuta, crenata aut obtuse serrata, triplinervia. *Spicae* paniculatae, ramis patentibus. *Bracteae* lineares, brevissimae, ciliatae. *Flores* remotiusculi, subterni, sessiles, parvi, pallidi. *Calyx* quinquefidus, laciniis obtusis. *Corolla* nulla. *Antherae* quinque, fornicibus tectae. *Styli* ovariique nullum vestigium.

Glabritie et clavicularum defectu, inflorescentia etiam ab aliis omnibus differt.

LXVI. Berberideae.

76. *Schäffera paniculata.* *

Sch. floribus tetrapetalis paniculatis, foliis spathulatis coriaceis subtus ramulisque pubescentibus.

Hab. in Brasilia. *Zeyher.*

Sch. *completa* Sw. primo aspectu differt ramulis glabris. Haec ramulos cinereo-pubescentes ha-

bet, folia etiam spathulata subtus villosiuscula. *Paniculae* laterales et terminales multiflorae. *Squamulae* calyciformes minutae ad basin pedicellorum. *Calyx* tetrasepalus, minutus, sepalis ovatis concavis. *Petala* quatuor concava, calyce maiora. *Stamina* quatuor petalis aequalia. *Pistilli* rudimentum.

LXIX. Anoneae.

77. *Xylopia brasiliensis.* *

X. foliis lanceolatis acuminatis coriaceis subtus pilosis, ramusculis pedunculisque erectis elongatis unifloris hirsutis, petalis crassiusculis velutinis apertis.

Hab. in Brasilia.

Habui pro X. *frutescente* Aubl., donec hanc veram accepi, differt autem foliis membranaceis, pedunculo brevissimo curvato, petalis clausis, quae hic aperta sunt.

LXXI. Malpighieae.

78. *Malpighia setosa.* *

M. foliis oblongis undulatis obtusis subtus appresso-setosis, iunioribus setoso-ciliatis, pedunculis subunifloris axillaribus apice incrassatis.

Hab. in Hispaniola.

Rami oppositi, rufi, teretes. *Folia* brevissime petiolata, opposita, unguicularia, oblonga, utrinque rotundata, undulata, supra laevia, venosa,

subtus setis appressis tecta, iuniora setis rigidis ciliata. *Pedunculi* axillares, filiformes, folia parum superantes, apice incrassati, uni- aut biflori. *Calyx* pentasepalus, poris oblongis melliferis obsitus. *Petala* quinque subrotunda, unguiculata. *Filamenta* decem, rubicunda, basi cohaerentia. *Pistilla* tria.

79. *Malpighia Cnide.* *

M. foliis ovato-oblongis acuminatis rigidis, supra erecto-subtus margineque appresso-setosis, ramis hispidis, gemmis floriferis villosissimis, pedunculis unifloris aggregatis.

Hab. in Hispaniola.

M. *urens* L. proxima differt ramis glabris, foliis utrinque acuminatis, cum nostra habeat ovato-oblonga. Setae foliorum in M. urente utrinque appressae, in nostra supra erectae sunt. *Folia* nostrae multo breviora, pollicem vix excedentia, multo rigidiora, reticulata. *Rami* rufi, hispidi. *Gemmae* villis flavidis copiosissimis tectae. *Calyces* hispidiusculi. *Flores* rubri.

LXXVI. Cruciferae.

80. *Erysimum siculum.* *

Er. siliquis stylo brevioribus prismaticis incanis calyce persistenti tectis, floribus breviter pedicellatis, foliis linearibus glabriusculis.

Hab. in Sicilia. ♂.

Medium inter Er. *siliculosum* Cand. et *sessili-*

florum R. Br. Ab hoc abunde differt foliis angustissimis glabriusculis, licet sub lente pubes appressa conspiciatur, floribus etiam aureis, qui sulfurei in Er. sessilifloro, breviter pedicellatis, qui vere sessiles in hoc. Ab Er. siliculoso differt calyce haud sero deciduo, sed ad maturitatem persistente, dein siliquis haud subglobosis, sed prismaticis incano-sericeis. Er. *angustifolium* Ehrh. calyce deciduo, foliis multo angustioribus conduplicatis differt.

81. *Diplotaxis ramosissima.* *

D. siliquis longe pedicellatis erectis, stylo brevi tereti aspermo, foliis omnibus lanceolatis elongatis subsessilibus glaberrimis integerrimis.

Hab.? Accepi nomine Sisymbrii tenuifolii: per plures annos in horto floret.

Radix perennis, lignosa. *Caules* caespitosi, brachiales et longiores, ramosi. *Rami* patentes, foliosi, glabri, teretes, glaucescentes. *Folia* sessilia, semiamplexicaulia, lanceolata, digitalia, glaberrima, acutiuscula, suboleracea, integerrima. (Trita Erucam redolent.) *Racemi* terminales, aphylli, subcubitales. *Pedunculi* patentes, subpollicares. *Calyx* patens, pallidus. *Corolla* flava, petalis rotundatis calyce duplo longioribus. *Antherae* concolores. *Glandulae* virides intra stamina longiora. *Siliquae* erectae, teretes, pollicares, glabrae, stylo obtuso brevissimo coronatae.

D. *tenuifolia* Cand. differt foliis inferioribus

pinnatifidis, superioribus linearibus dentatis. *Sisymbrium hispanicum* Jacqu. longe diversum foliis oblongis serratis pollicaribus, floribus exiguis, siliquis tortuosis, seminibus etiam uniseriatis.

LXXVIII. Ranunculeae.

82. *Tetractys capensis.* *

Tetractys.

Char. gen. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o. *Stamina* 4. *Antherae* oblongae basi insidentes. *Caryopses* (Carpella Cand.) quatuor acuta.

Genus Thalictro, Hydrasti et Krapfiae Cand. vicinum. A Thalictro toto habitu et ratione numeri partium recedit. In systemate Linnaeano locum in Cl. IV. ord. IV. inter Ilicem et Mygindam occupat.

T. *capensis* * est fruticulus, ramis glabris, superne pubescentibus, rubris, nodosis, foliosis. *Folia* subunguicularia, sparsa, conferta, oblonga, acutiuscula, basi attenuata, subsessilia, hirsuta, utrinque unidentata, aut integra. *Pedunculi* capillares, solitarii, axillares, uniflori, versus apicem ramulorum conferti, folia superantes, pubescentes. *Calyx* ruber, sepalis lanceolatis, obtusis. *Stamina* aequalia, calycem haud superantia. *Antherae* pallidae.

Hab. ad Prom. bonae spei.

LXXX. Leguminosae.

83. *Indigofera strigosa.* *

I. foliis abrupte pinnatis quinatis, foliolis linearibus acutis strigosis, stipulis cuspidatis, racemis terminalibus flaccidis.

Hab. in Prom. bonae spei.

Fruticulus ramis patentibus, fuscis, filiformibus. *Stipulae* ad petiolos minutae, lineares, cuspidatae, patentes. *Folia* abrupte pinnata, quinata, septenata, petiolata, alterna; foliola lanceolato-linearia, mucronata, strigosa, unguicularia, vix lineam lata. *Racemi* terminales, flaccidi. *Bracteae* lineares, pedicellis breviores. *Calyx* quinquefidus, laciniis linearibus strigosis. *Corolla* papilionacea, pallida. *Vexillum* pilosum, ciliatum. *Carina* pilosa, dente utrinque subulato.

Proxima I. *filiformis* Thunb., sed diversa foliolis oblongis villosis.

84. *Glycine glabra.* *

Gl. foliis ternatis, foliolis lanceolatis supra glabris reticulatis subtus resinoso-punctatis, nervo hirsuto, pedunculis racemosis axillaribus.

Hab. in Prom. bonae spei.

Rami volubiles, angulati, filiformes. *Petioli* alterni, unguiculares. *Folia* ternata, foliola subpollicaria, coriacea, lanceolata, ciliata, supra glabra reticulata, subtus punctis flavis resinosis obsita, nervo medio hirsuto, apice mucronata. *Pedunculi*

axillares, racemosi, subquadriflori. *Calyces* quinquepartiti, punctis resinosis aspersi, laciniis patentibus, subaequalibus, lanceolatis, acuminatis, corolla parum brevioribus. *Corolla* flava. *Vexillum* fulvum, reflexum. *Legumen* compressum, oblongum, mucronatum, di- trispermum.

G. *secunda* Thunb. ob mancam phrasin comparari non potest, licet similis videatur. In nostra flores saltem haud secundi.

85. *Cassia grammica.* *

C. foliis subsexiugis oblongis mucronatis lineatis utrinque hispidis, glandula pedicellata inter infima, pedunculis unifloris leguminibusque villosis.

Hab. ad oram maritimam Cubae et Hispaniolae.

C. *lineata* Sw. proxima differt ramis glabris, qui in nostra villosi; foliolis supra glabris, quae in nostra utrinque hispida; glandula petioli sessili, quae in nostra pedicellata. C. *pilosa* L. differt foliis glabris, glandula nulla, stipulis semicordatis, quae in nostra lanceolatae, striatae, acuminatae.

86. *Cassia domingensis.* *

C. foliis sexiugis lanceolatis cuspidatis glabris, petiolis eglandulosis, ramulis verrucosis, panicula terminali, leguminibus compressis nitidis.

Hab. in Hispaniola.

Rami teretes, glabri, luridi, verrucis albis sparsi. *Stipulae* ad petiolorum ortum parvae, subulatae. *Petioli* communes alterni, patentes,

glabri, glandula destituti, supra canaliculati. *Petioli* partiales oppositi, unguiculares, hirsutiusculi. *Foliola* exacte lanceolata, cuspidata, utrinque glabra, subtus discolora, sesquipollicem longa, basi tres lineas lata. *Panicula* terminalis multiflora, erecta. *Flores* lutei. *Legumen* bipollicare, compressum, aequale, nitidum.

C. *atomaria* L. longe diversa punctis ferrugineis ramulorum et foliis tomentosis.

87. *Lacara triplinervia.* *

Char gen. Cal campanulatus 5dentatus. *Petala* quinque inaequalia, unguiculata, summum imumque concava. *Stamina* 10 libera, aequalia, fundo calycis inserta. *Antherae* versatiles. *Capsula* pilosa.

Genus *Lacara* (antiquum Theophrasti) in Decandria Monogynia collocandum. Familiae videtur Leguminosarum pari iure adscribendum esse ac Haematoxylon, Humboldtia etc.

Lacara triplinervia * est frutex brasiliensis, *foliis* alternis petiolatis, spithamam longis, palmum fere latis, oblongis, integerrimis, coriaceis, utrinque nitidis, inaequaliter triplinerviis. *Racemi* axillares, multiflori, erecti, pedunculo angulato pubescenti. *Bracteae* sub quovis pedicello minutae, ovatae. *Pedicelli* brevissimi, patentes. *Calyx* campanulatus, sericeo - ferrugineus, quinquedentatus. *Petala* quinque unguiculata, calyce maiora,

nervosa: summum et imum concavum. *Filamenta* decem libera, basi pilosa, fundo calycis inserta, corolla longiora cum unguibus petalorum alternantia. *Antherae* versatiles, biloculares. *Pistillum* unicum, stigmate obtuso. *Germen* pilosum.

LXXXI. Cappárideae.

88. *Capparis commutata.* *

C. pedunculis racemosis elongatis nudis, staminibus corolla brevioribus, foliis oblongo-lanceolatis utrinque glabris.

Hab. in Guadalupa et Martinica.

Habetur pro C. *Breynia*, quae differt foliis subtus scabris, pedunculis calycibusque tomentosis, staminibus octonis, corollam superantibus. Cf. *Breyn. prodr.* t. 13.

89. *Keithia brasiliensis.* *

Char. gen. *Calyx* caducus monosepalus, irregulariter fissus. *Petala* quinque oblonga patentia. *Filamenta* brevissima. *Antherae* octo, elongatae, cuspidatae. *Ovarium* siliquosum, subpedicellatum, stylo coronatum, villosum.

Nomen in honorem P. Keithii Angli dictum, qui systema physiologiae plantarum 1816 edidit.

Locus in systemate Linnaeano in Cl. VIII. post Gueream; in systemate naturali Capparideis videtur esse adnumeranda.

Ramum habeo cortice cinereo; foliis oblongis,

obtusis, coriaceis, utrinque glaberrimis, integerrimis, breviter petiolatis. Ad basin petiolorum stipulae lanceolatae, subfalcatae, petiolos aequantes. *Racemi* terminales aggregati. *Calyx* monosepalus, punctis resinosis conspersus, irregulariter ruptus, caducus. *Petala* quinque oblonga, acuta, rubra. *Stamina* atropurpurea. *Antherae* elongatae, cuspidatae. *Ovarium* superum stipitatum, siliquosum, villosum, stylo coronatum.

LXXXIV. Geranieae.

90. *Oxalis aliena.* *

O. caulescens, foliis simplicibus cordato-ovatis acutis villosis, pedunculis compressis alatis multifloris, staminibus exterioribus pistilla superantibus.

Hab. in Brasilia.

Prorsus singularis species. *Truncus* sublignosus prostratus, *ramos* erectos pubescentes emittit, in quibus petioli conferti, villosi, bipollicares, erecti. *Folia* simplicia, cordato-ovata, acuminata, villosa, integerrima, venosa, bipollicaria. *Pedunculi* inter folia conferti, compressi, alati, petiolos superantes, apice pedicellos plures reflexos, villosos gerentes. *Calyx* quinquepartitus, persistens. *Corolla* pallida, calycem excedens. *Stamina* decem, alterna exteriora pistillis longiora, alterna breviora. *Capsula* pentagona, quinquelocularis, pistillis quinque coronata.

LXXXV. Malvaceae.

91. *Sida brasiliensis* Cav. diss. 1. p. 37. t. 34. fol. S. foliis ovato - acuminatis quinquenerviis denticulatis subtus ramisque tomentosis, stipulis filiformibus, pedunculis unifloris petiolos aequantibus, capsulis hirtis.

Hab. in Brasilia.

Cum Cavanillesius l. c. haud florentem viderit minusque recte delineaverit plantam et Willdenowius (sp. plant. 3. p. 738.) neglexerit, in memoriam iterum, charactere specifico uberius indicato, liceat revocare. Flores sunt albi, parvi. Capsulae insigniter hirtae. Folia obsoletissime cordata. Pedunculi stipulis fere breviores initio, dein longiores, longiores etiam plerumque petiolis. Petioli sunt villosi. Folia nonnulla parum angulata, bipollicaria.

LXXXVI. Büttnereae.

92. *Steudelia brasiliensis* *

Char. gen. Hermaphr. Cal. quinquepartitus. *Cor.* pentapetala. *Nectaria* duo laciniata. *Stamina* decem corollam aequantia. *Pistillum* rectum.

Femin. Cal. quinquepartitus. *Cor.* o. *Nectaria* similia persistentia. *Bacca* sicca prismatica hexagona disperma.

Locus in systemate Linnaeano in Cl. XXIII. post Smegmariam Willd.

Nomen in honorem Ern. Steudel, med. Doct., qui Nomenclatorem botanicum Stuttg. 1821. edidit, doctissimum opus et utilissimum.

Steudelia brasiliensis * est arbuscula, ramis cinereis glabris, ramulis compressis, squamis amplexicaulibus et gemmis squamatis. *Folia* petiolata, oblonga, obtusa, glaberrima, integerrima, alterna, bipollicaria. *Pedunculi* solitarii, e gemmis nati, breviusculi, uniflori. *Flores* polygami, minuti. Hermaphroditi *calyx* quinquepartitus, laciniis acutis. *Corolla* pentapetala, albida, calycem aequans. *Stamina* decem aut duodecim, corollae aequalia. *Antherae* subrotundae. *Nectaria* duo, in lacinias lineares, sex aut septem fissa. In floribus femineis haec statim obvia sunt. Superest *bacca* prismatica, hexagona, duo semina compressa continens.

XCII. Caryophylleae.

93. *Silene canariensis.* *

S. floribus racemosis secundis, calycibus membranaceis cylindricis decemstriatis hirsutis, foliis oblongis integerrimis ciliatis acutis.

Hab. in insulis Canariis.

Caulis herbaceus, inferne glabriusculus, superne pilosus, teres, striatus. *Folia* opposita, petiolis vaginantibus, amplexicaulibus, albidis, oblonga, bipollicaria, pubescentia, integerrima, ciliata, acu-

ta. *Racemus* terminalis, simpliciusculus, pedunculis erectis, pilosis, lineam fere longis. *Calyces* subpellucidi, membranacei, cylindrici, decemstriati, hirsuti. *Petala* albida, bifida, calyce longiora.

XCIX. Melastomeae.

94. *Melastoma Matuba.* *

M. octandra, foliis ovato-oblongis trinerviis acuminatis glabris integerrimis, paniculae terminalis ramis trichotomis erectis, calycibus truncatis.

Hab. in ins. Guadalupa et Antigua.

M. *alpinum* Sw. proximum differt: 1. foliis coriaceis obtusiusculis, cum nostri folia sint longe acuminata; 2. nervis simpliciter tribus, cum nostrum praeterea habeat nervos binos marginales; 3. pedunculis tribus subdivisis, cum nostra habeat paniculam ter trichotomam; 4. calycibus turbinatis, quadridentatis, cum nostra habeat calyces cylindricos truncatos.

95. *Melastoma portoricense.* *

M. decandra, foliis oblongis acuminatis triplinerviis denticulato-ciliatis glabris, panicula terminali, ramis calycibusque tomentosis.

Hab. in insula Portoricco.

Medium inter M. *parviflorum* Aubl. et M. *grossularioides* L. Ab utroque differt foliis ciliatis calycibusque tomentosis. M. parviflorum praeterea

gaudet foliis angustioribus basi magis attenuatis, panicula diffusa ramosissima, calycibus globosis glabris, floribus exiguis. M. grossularioides folia habet magis subrotunda crenulata.

96. *Melastoma pallens.* *

M. decandra, foliis oblongis acuminatis triplinerviis integerrimis incano - tomentosis, panicula trichotoma terminali, calycibus obconicis truncatis.

Hab. in Hispaniola.

Singularis canities partium omnium, maxime foliorum, quae levissimo tomento obducta sunt. Nervi laterales e medio haud oppositi, sed alterni, praeterea nervi duo marginales. Flores sat magni. Antherae luteae.

97. *Melastoma astrolasion.* *

M. decandra, foliis ovato - oblongis coriaceis triplinerviis integerrimis, pube stellata, supra nitidis subtus ferrugineo - tomentosis, paniculae terminalis ramis verticillatis tomentosis.

Hab. in Hispaniola.

Partes omnes pube stellata obsitae, quae in facie foliorum superiore sparsa nitorem haud impedit. Rami vero, facies foliorum inferior et calyces tomento ferrugineo obducuntur; quod pube stellata densa constituitur.

98. *Rhexia fasciculata.* *

Rh. decandra; foliis fasciculatis glaberrimis ener-

viis utrinque unidentatis, racemis subdichotomis terminalibus, calycibus decemstriatis setulis interiectis.

Hab. in Brasilia.

Recedit ab omnibus foliorum forma, quae vix unguicularia, nervis destituta, utrinque unidentata. Corolla sanguinea.

Incertae sedis.

99. *Wibelia brasiliensis.* *

W. pedunculis rameis unifloris aggregatis, foliis oblongis scabris, laciniis calycinis obtusis.

Hab. in Brasilia.

Wib. *guianensis* Pers. (Paypayrola Aubl. t. 99.) huic similis differt pedunculis racemosis, laciniis calycinis acutis, foliis utrinque glabris. Nostrae ramus cortice pallido. *Gemmae* turgidae, alternae promunt pedunculos aggregatos, semipollicares, compressos, unifloros, erectos, glabros. *Calyx* campanulatus, laciniis brevibus obtusis, inferus. *Corolla* pentapetala, in tubum connivens, laminis parum patulis. *Stamina* quinque corollam subexcedentia. *Fructus* superus, pistillum unicum. *Stigma* bilobum. *Folia* in petiolos decurrentia, basi stipulis caducis munita, dodrantalia, palmum lata, oblonga, utrinque attenuata, integerrima, subtus inprimis scabra, venosa, ex apice rami prodeuntia.

100. † *Astropus tomentosus.* *

Char. gen. *Cal.* quinquefidus. *Cor.* tetrapetala calycem aequans. *Stamina* quatuor. *Filamenta* dilatata. *Antherae* subrotundae, cohaerentes. *Stigma* multifidum. *Fructus* superus capsularis villosus.

Locus in systemate Linnaeano in Cl. IV. inter Pteleam et Samaram.

Astropus tomentosus est frutex brasiliensis, ramis fuscis, ramulis dense tomentosis stellato-pubescentibus, stipulis filiformibus; foliis rigidis, sessilibus, trinerviis, obtusis subrotundis, apice dentatis, utrinque pube stellata sparsa obsitis. *Flores* terminales, pedunculati, corymbosi, minuti. *Pedunculi* villosi. *Bracteae* ad calyces lanceolatae. *Calyx* quinquefidus, nervosus, angulatus. *Petala* subcontorta, lanceolata, lutea, calyci aequalia. *Filamenta* membranacea, discreta, quatuor, corolla breviora. *Antherae* cohaerentes circa stigma, quod more Sidae in plura filamenta rubra dividitur. *Capsula* villosa supera.

101. *Hornschuchia brasiliensis.* *

Char. gen. *Cal.* 5fidus reflexus. *Petala* decem linearia calycem aequantia. *Filamenta* 20, in phalanges 5 aut 6 coalita. *Antherae* 10 ad 12 erectae, biloculares cum setis filamentorum sterilium alternantes. *Pistillum* conicum, simplex, stamina superans. *Ovarium* superum.

Locus in Cl. XVIII. post Glabrariam. In systemate naturali locum haud invenio.

Hornschuchiae nomen in honorem collegae Gryphici, Hornschuchii dictum, qui muscos patriae insigniter illustravit.

Est vero arbor brasiliensis, habitu ad Rhizophoram aut Bruguieram accedente, ramis teretibus cinereis. *Folia* oblonga, coriacea, fasciculata, petiolata, obtusa, basi parum attenuata, integerrima, utrinque glaberrima, subtus discolora, sesquipollicaria. *Pedunculi* axillares, fasciculati, numerosi, reflexi, subpollicares, glabri. *Calyx* videtur inferus, quinquefidus, laciniis ovatis, reflexis. *Petala* decem linearia, alba, calycem aequantia. *Filamentorum* corona, ad basin fissa in plures phalanges. *Antherae* decem aut duodecim erectae, biloculares, cum setis filamentorum sterilium alternantes. *Pistillum* stamina superans, conicum. *Ovarium* superum.

2.

EPITOME FLORAE INDICAE,

CONSCRIPTAE A W. ROXBURGHIO, EDITAE A W. CAREY,

CUM NOTIS NATH. WALLICH ET CURT. SPRENGEL.

Roxb. fl. ind. p. 5. *Phrynium spicatum* R.

P. acaule, foliis radicalibus bifariis oblongis apice attenuatis, spicis radicalibus petiolo brevioribus subcylindricis bifariam imbricatis.

Hab. in Pegu, unde Fel. Carey Calcuttam misit. Iam in horto botanico floret.

p. 6 *Phrynium imbricatum* R.

P. acaule, petiolis elongatis medio articulatis spicigeris, foliis oblongo - lanceolatis utrinque acuminatis, spicis simplicibus solitariis, bracteis imbricatis truncatis dentatis.

Hab. in Chittagong.

Spica brevi pedunculo e medio petiolo fisso prodiens singularem promit notam.

p. 7. *Phrynium parviflorum* R.

P. acaule, petiolis elongatis medio spicigeris, foliis abbreviatis subovalibus acutis, spicis capitatis, bracteis acutis rigidis.

Hab. in orientali Bengalia.

Differt a Phr. capitato Willd. potissimum bracteis acutis rigidis, quae truncatae incurvae in hoc, dein etiam corollis inconspicuis flavis, quae roseae et insignes in Phr. capitato.

p. 81. *Hedychium flavum* R.

H. foliis lanceolatis utrinque glabris, spica terminali solitaria imbricata, bracteis subquadrifloris, segmentis corollae interioribus linearibus, labio obcordato.

Hab. in provincia Silhet.

Eximia species, floribus flavis fragrantibus, tertia parte minoribus, quam H. coronarii.

p. 11. *Hedychium angustifolium* R.

H. foliis lineari - lanceolatis, spicis rigidis apertis, fasciculis florum subternis, segmentis labii fissi oblongis, quinque reliquis linearibus.

H. angustifolium Roxb. corom. 3. t. 251. Botan. reg. 2. t. 157.

Hab. in orientali Bengalia.

H. coronarium Kön. differt foliis lanceolatis,

spicis arcte imbricatis, segmentis labii fissi semilunaribus, floribus etiam grandioribus.

Hedychium coccineum Smith. in Rees cycl. est peculiaris species. Wallich ad Roxb. fl. ind. 1. p. 32. N.

p. 12. *Hedychium gracile* R.

H. foliis lanceolatis, spicis terminalibus apertis, floribus solitariis sparsis, segmentis labii sessilis bifidi semilanceolatis, reliquis linearibus.

Hab in finibus orientalis Bengaliae.

Flores albi: filamentum coccineum.

p. 12. *Hedychium villosum* Wallich.

H. foliis oblongo - lanceolatis subtus glaucis, spicis elongatis villosis apertis, fasciculis confertis subtrifloris, labio unguiculato bifido segmenta corollae reliqua aequante.

Hab. in montibus ad Caeciam Bengaliae.

Bracteae rubrae, flores flavi, fragrantes.

p. 13. *Hedychium speciosum* Wall.

H. foliis oblongo - lanceolatis utrinque attenuatis subundulatis, spicis elongatis apertis glabris, fasciculis florum approximatis bifloris, labio sessili integro acuto reliqua segmenta aequante.

Huc: *Hedychium elatum* R. Brown.

H. foliis oblongo - lanceolatis glabris, spicis laxis, fasciculis ternis subtrifloris, laciniis interioribus limbi cuneato - linearibus, labelli lamina bifida.

Botan. reg. 7. p. 526.

H. speciosum Wallich. in lit.

Hab. in Nepala.

p. 18. *Kämpfera ovalifolia* Roxb.

K. foliis ovatis utrinque glabris, spica centrali, labio obcordato, crista filamenti laciniata.

Hab. in peninsula Malaccae.

Species media inter K. Galangam et rotundam. Flores albi, praeter labium saturrime purpureum variegatum.

p. 19. *Kämpfera secunda* Wall.

K. caule vaginato, foliis petiolatis ovatis acuminatis, spica terminali cernua pauciflora unilaterali, labio obcordato, crista filamenti integerrima.

Hab. in montibus ad Caeciam Bengaliae.

p. 20. *Kämpfera linearis* Wall.

K. caulescens, foliis sessilibus lineari - lanceolatis cuspidatis, ligulis bifidis, floribus terminalibus paucis, crista filamenti integra.

Hab. cum praecedente.

Utraque ultima species melius *Costis* adnumeratur, licet tenerrima corollae fabrica cum Kämpferis congruat.

p. 25. *Curcuma xanthorrhiza* Roxb.

C. bulbis ovatis, tuberibus palmatis pendulis saturrime luteis, foliis sessilibus lato - lanceolatis subtus fusco - maculatis.

Hab. in Amboina.

Flores purpurei.

p. 25. *Curcuma elata* Roxb.

C. bulbis oblongis obovatis, tuberibus palmatis incurvis intus pallide flavis, foliis sessilibus oblongis villosis immaculatis.

Hab. in Pegu.

Flores rosei.

p. 36. *Curcuma petiolata* Roxb.

C. bulbis exiguis, tuberibus pendulis numerosis intus pallide flavicantibus, foliis longe petiolatis ovato-oblongis basi rotundatis subcordatis.

Hab. in Pegu.

Coma spicae lilacina. Forma foliorum in Curcumis singularis.

p. 42. *Amomum dealbatum* Roxb.

A. foliis lato-lanceolatis subtus villosis, spicis radicalibus obovatis, bracteis oblongis obtusis deciduis, corollae segmentis exterioribus fornicatis, labio ovali emarginato, crista filamenti truncata, capsulis oblongis novemalatis.

Hab. in Bengalia orientali.

Bracteae internae nullae. Flores albi. Semina insipida.

p. 43. *Amomum subulatum* Roxb.

A. foliis lanceolatis glabris, spicis radicalibus obovatis, bracteis longe subulatis rigidis, calycis corollaeque segmentis lineari-subulatis, labio oblongo.

Hab. in montibus borealibus finium Bengaliae, ad rivulorum margines.

Flores magni, lutei.

p. 44. *Amomum aromaticum* R.

A. foliis lanceolatis acuminatis glabris, spicis radicalibus subrotundis, bracteis oblongis concavis, calycibus villosis, labio subrotundo, crista filamenti triloba, capsula ovata rugosa.

Hab. in Bengalia orientali.

Fructus aromatici.

p. 45. *Amomum sericeum* R.

A. foliis lanceolatis subtus sericeis, racemis radicalibus subglobosis ramosis, labio obovato basi calcarato.

Hab. in montibus ad Caeciam Bengaliae.

p. 53. *Zingiber panduratum* R.

Z. foliis petiolatis lato - lanceolatis glabris, ligulis latis scariosis, spicis radicalibus semi - subterraneis, bracteis lanceolatis, labio panduraeformi, lamina ovali retusa.

Hab. in Pegu.

p. 56. *Zingiber elatum* R.

Z. foliis bifariis linearibus recurvis subtus sericeis, spica terminali elongata, bracteis densissime imbricatis unifloris extus subpubescentibus.

Hab. in interiore Bengalia.

p. 61. *Alpinia bracteata* R.

A. foliis lanceolatis subtus villosis, racemo terminali simplici, pedunculis unifloris, bracteis viridibus.

Hab. in Bengalia orientali.

A. malaccensis Rosc. satis similis distinguitur tum viridi bractearum colore, tum statura parva.

p. 68. *Alpinia Cardamomum* R.

A. scapis basilaribus flexuosis, labio trilobo basi calcarato.

Elettaria Cardamomum White et Maton in Linn. trans. 10. p. 229. s.

Amomum repens Sonnerat Reise 2. t. 136. Willd. sp. pl. 1. p. 9. Roscoe in Linn. trans. 8. p. 353.

Hab. in montibus orae Malabaricae.

p. 71. *Alpinia punicea* R.

A. foliis lanceolatis utrinque glabris, spicis radicalibus semi - subterraneis compactis imbricatis, labio integro subparabolico basi ecalcarato.

Hab. in Sumatra.

Eximia species, floribus magnis eleganter puniceis.

p. 72. *Alpinia Cardamomum medium* R.

A. foliis lineari - lanceolatis subtus villosis, spicis radicalibus laxis, labio ovato - lanceolato, capsulis pedicellatis ovato - oblongis conicis novemalatis.

Hab. in Silhet. (Provincia ad orientem fluminis Burramputter 25° L. B.)

Videtur species esse, quae Cardamomum medium largitur.

p. 73. *Alpinia linguiformis* R.

A. foliis lanceolatis sessilibus utrinque glabris, spicis radicalibus linearibus apertiusculis, labio linguiformi bifido, basi lata ecalcarata, lateribus incurvis.

Hab. in interiore Bengalia.

p. 77. *Globba Careyana* R.

Gl. foliis ovato - lanceolatis subtus villosis, racemis terminalibus compositis bulbiferis, corolla cum duobus segmentis marginis inferioris labium aequante, anthera exappendiculata suborbiculari.

Hab. in Pegu.

p. 78. *Globba subulata* R.

Gl. foliis lanceolatis cuspidatis utrinque villosis, panicula radicali, bracteis solitariis cordatis, labio cuneato bifido segmenta exterioris marginis superante, ala subulata utrinque ad basin filamenti, anthera semilunari alata.

Mantisia saltatoria Bot. mag. 1320.

Globba purpurea Andr. repos. 615.

Gl. radicalis Roxb. as. res. 11. p. 359.

Hab. in sylvis ad Chittagong, (ad sinum bengalensem, versus austrum Aracanae contermina).

p. 80. *Globba spathulata* R.

Gl. panicula radicali, ala spathulata utrinque ad basin filamenti, anthera semilunari alata.

Hab. in provincia Silhet.

Bracteae azureae: labium simile praecedentis.

Utraque constituit genus Mantisiae. Smith in Rees cyclop art. Globba.

p. 82. *Salicornia brachiata* R.

S. perennis erecta, ramis numerosis decussatis, articulis tumidis, spicis cylindricis multifloris.

Hab. in locis inundatis maritimis.

p. 91. *Iasminum laurifolium* R.

I. caule scandente laevissimo, foliis oppositis ovato - lanceolatis lucidis trinerviis, pedunculis axillaribus subracemosis, laciniis calycinis filiformibus, corollae subduodenis linearibus.

Varietas I. angustifolii Willd. Ker in Botan. reg. 7. t. 521.

Hab. in montibus Bengaliae orientalis.

p. 91. *Iasminum coarctatum* R.

I. caule fruticoso erecto, foliis oblongis acutis glabris, corymbis terminalibus pedunculatis, floribus ternis bracteatis, calyce quinquefido.

Hab. in Chittagong.

p. 92. *Iasminum bracteatum* R.

I. caule scandente, foliis oppositis ovato - oblongis acutis villosis, fasciculis florum terminalibus bracteatis, laciniis calycinis subulatis subsenis, corollinis rotundatis, stylo tubum superante, stigmate integro.

Hab. in Sumatra.

p. 93 *Iasminum latifolium* R.

I. caule scandente, foliis subcordatis acutis utrin-

que glabris, corymbis terminalibus trichotomis, laciniis calycinis subsenis subulatis, corollinis subduodenis lineari - cuspidatis, baccis reniformibus.

In montibus Circars.

p. 94. *Iasminum arborescens* R.

I. arborescens, foliis oppositis breviter petiolatis cordato - ovatis acuminatis pubescentibus, corymbis terminalibus, bracteis subulatis villosis, laciniis calycinis subulatis, corollinis linearibus acutiusculis.

Nyctanthes grandiflora Lour. coch. 26.

Iasminum multiflorum Roth. nov. spec. pl. p. 6. Röm. et Schult. p. 81.

Hab. in locis editis Bengaliae.

p. 96. *Iasminum tubiflorum* R.

I. caule scandente, foliis subsessilibus ovato - oblongis glabris, floribus terminalibus subternis breviter petiolatis, laciniis calycinis subulatis tubo corollae sexies brevioribus, baccis ovatis.

Hab. in archipelago Malaico.

p. 97. *Iasminum Lanceolaria* R.

I. caule fruticoso erecto, foliis ternatis, foliolis lanceolatis, corymbis terminalibus.

Hab. in fruticetis Silhet.

p. 97. *Iasminum paniculatum* R.

I. caule fruticoso erecto glaberrimo, foliis ternatis, foliolis ovalibus subcoriaceis lucidis, panicula terminali brachiata.

Hab. ad Cantonem Chinae.

p. 99. et 164. *Iasminum heterophyllum* R.

I. caule arboreo, ramis flexuosis maculatis, foliis petiolatis subternatis ovato-oblongis undulatis lucidis, panicula terminali trichotoma, calyce urceolato, dentibus subulatis.

Hab. in Nepala.

p. 99. *Iasminum dispermum* Wall.

I caule scandente glabro, foliis oppositis ternatis, foliolis ovato-oblongis acuminatis quinquenerviis, extremo maximo, corymbis terminalibus brachiatis, laciniis calycinis subulatis, corollinis oblongis obtusis, baccis dispermis.

Hab. in Nepala.

I. didymum Forst., simile, differt foliolis subaequalibus lanceolatis, lateralibus trinerviis, terminali venoso. S.

p. 98. *Iasminum chrysanthemum* R.

I. caule fruticoso erecto, foliis alternis pinnatis, foliolis lanceolatis glabris, corymbis subterminalibus, bracteis ensiformibus, laciniis calycinis attenuatis.

Hemapushpica As. res. 4. 246.

Iasminum N. 3. Hardwicke in As. res. 6. p 349.

Hab. in montibus borealibus Bengaliae et Nepalae.

Flores flavi, fragrantes.

p. 100. *Phillyrea paniculata* R.

Ph foliis ovato-oblongis integerrimis subtus glaucis basi glandulosis, panicula terminali.

Hab. in China.

p. 101. *Phillyrea robusta* R.

Ph. foliis ovato - lanceolatis acuminatis integerrimis glabris, ramis iunioribus maculatis, paniculae ramis floribusque villosis, drupis cylindricis monospermis.

Hab. in Silhet. Arbor insignis, quae materiem bonam largitur.

p. 102. *Millingtonia* R.

Char. gen. *Cal.* 3phyllus calyculatus. *Cor.* 3petala, squamis nectariferis ternis. *Filamenta* apice fissa. *Antherae* bilobae. *Stylus* simplex. *Drupa* subbilocularis, bivalvis monosperma. *Embryo* curvatus conduplicatus, perispermio nullo, radicula inferiore.

Arbores satis altae, bonam materiem praebentes.

n. 1. *Millingtonia simplicifolia* R.

M. foliis simplicibus lato - lanceolatis subintegerrimis, paniculae ramis villosis, bracteis oblongis ferrugineis, floribus minutis.

Hab. in Silhet.

p. 103 n. 2. *Millingtonia pinnata* R.

M. foliis abrupte pinnatis, foliolis lanceolatis remote - serratis glabris, paniculae ramis subpubescentibus, bracteis minutis.

Hab. in Silhet.

Millingtonia hortensis Linn. suppl. 291. est

vera Bignonia. Millingtonia Donn. hort. cantabr. est Flemingia Roxb.

p. 104. *Olea Roxburghii.* *

O. foliis oppositis oblongis in petiolum decurrentibus undulatis subcoriaceis glabris, paniculis axillaribus, bracteis deciduis, stigmatis lobis divaricatis.

Olea paniculata Roxb. fl. ind. p. 104. Mutandum est nomen propter synonymam plantam Rob. Brownii prodr. nov. holl. p. 523.

Hab. in montibus Circars.

p. 105. *Olea dioica* R.

O. foliis oppositis breviter petiolatis utrinque attenuatis serratis glabris, paniculis axillaribus, floribus dioicis vel polygamis.

Hab. in Silhet.

p. 106. *Chionanthus ramiflora* R.

Ch. foliis oppositis petiolatis lato-lanceolatis acutis integerrimis glabris, paniculis axillaribus folia excedentibus.

Hab. in insulis Moluccis.

p. 107. *Chionanthus dichotoma* R.

Ch. fruticosa, ramis dichotomis, foliis oppositis petiolatis cuneiformibus subcoriaceis reflexis glabris, racemis axillaribus folio brevioribus, pedicellis trifloris.

Hab. in ora Coromandel.

p. 108. *Chionanthus smilacifolia?* Wall.

Ch. fruticosa scandens, ramis tetraquetris, foliis

oppositis petiolatis oblongis acuminatis glaucis bullatis trinerviis, paniculis axillaribus terminalibusque pyramidatis.

Hab. in sylvis Chittagong.

Cum fructum nondum observaverit Wallichius, ambigit etiamnum de loco.

p. 110. *Eranthemum montanum* R.

E. caulibus suffruticosis diffusis radicantibus, surculis tetragonis, foliis oppositis oblongis acutis in petiolum decurrentibus, spicis terminalibus erectis, bracteis linearibus pilosis.

Iusticia montana Roxb. corom. 2. t. 176. (ut etiam Roth. nov. spec. p. 4. observat).

Hab. in montibus Circars.

p. 112. *Eranthemum suffruticosum* R.

E. caule suffruticoso erecto, foliis oppositis oblongis glabris, spicis terminalibus, bracteis cuneiformibus glabris, staminibus appendiculatis tubo brevioribus.

Hab. in insulis Andaman.

p. 112. *Eranthemum diantherum* R.

E. caule suffruticoso erecto, foliis oppositis oblongis obtusis subbullatis, racemis axillaribus corymbosis terminalibusque, corolla subbilabiata, antheris geminis.

Hab. in insulis Moluccis.

p. 113. *Eranthemum racemosum* R.

E. caule suffruticoso, foliis oppositis oblongis in

petiolum decurrentibus glabris, racemis terminalibus, corollae labio utroque trilobo.

Hab. in insulis Moluccis.

p 114. *Eranthemum barlerioides* R.

E. caule suffruticoso, foliis oppositis oblongis repandis glabris, spicis terminalibus, bracteis cuneiformibus glabris, staminibus appendiculatis.

Hab. in insulis Andaman.

p. 115. *Eranthemum strictum* Colebr.

E. caule suffruticoso, ramis decussatis pubescentibus, foliis lanceolatis crenulatis subtus pubescentibus reticulatis, spicis terminalibus elongatis, bracteis oppositis quaternis remotis unifloris.

? Eranthemum semperflorens Roth. nov. spec. p. 2.

Hab. in montibus Silhet.

p. 116. IUSTICIAE.

* Calyce simplici: monantherae.

Iusticia thyrsiflora R.

I. caule lignoso erecto, foliis oppositis lanceolatis breviter petiolatis pendulis, racemis terminalibus thyrsoideis, floribus verticillatis (aurantiis), bracteis triplicibus subulatis, corolla bilabiata, capsulae loculis penta - hexaspermis.

Hab. in interiore Bengalia. In speciosissimis.

p. 117. *Iusticia vitellina* R.

I. caulibus fruticosis, ramulis quadrangularibus, foliis breviter petiolatis oblongo - lanceolatis gla-

bris, racemis terminalibus cylindricis, floribus subfasciculatis (fusco-luteolis), corollis subringentibus, fauce ampliata, capsula lineari oligosperma.

Hab. in collibus Chittagong.

p. 117. *Iusticia alba* R.

I. caule erecto glabro, foliis oppositis oblongis repandis utrinque nitidis, spicis axillaribus numerosis, floribus remotis (albis), corollae tubo filiformi limbo bilabiato.

Hab. in insula maiore Andaman.

p. 120. *Iusticia polysperma* R.

I. caule repente annuo nodoso, foliis sessilibus lanceolatis pubescentibus, spicis terminalibus, floribus decussatis (caesiis), bracteis triplicibus lanuginosis, capsulis linearibus polyspermis.

Hab. in Bengalia.

** Calyce simplici: diantherae.

† Tubo corollae torto, limbo resupinato.

p. 122. *Iusticia Lanceolaria* R.

I. caule fruticoso erecto, ramis teretibus glabris, foliis petiolatis lanceolatis glabris, fasciculis terminalibus paniculatis viscosis, bracteis numerosis ensiformibus calyces superantibus.

Hab. in provincia Silhet.

Flores numerosi, rosei.

p. 123. *Iusticia speciosa* R.

I. caule perenni erecto, foliis petiolatis cordato-ovatis rugulosis obtusiusculis, pedunculis axillaribus

paucifloris proliferis, bracteis oppositis foliaceis.

Hab. in interiore Bengalia. Elegans species floribus puniceis.

p. 124. *Iusticia baphica.* *

I. caulibus erectis, foliis ovato-oblongis hirsutiusculis petiolatis, fasciculis terminalibus pedunculatis, bracteis obvallatis lineari-subulatis.

Iusticia tinctoria Roxb. fl. ind. p. 124. Nomen specificum mutandum erat ob diu iam receptam synonymam plantam Loureirii.

Folium tinctorium Rumph. 6. t. 22. f. 1.

In sylvis circa Calcuttam et in insulis Moluccis.

Flores fusco-purpurei. Utuntur decocto ad tingendum gossypium rubro colore.

p. 126. *Iusticia latebrosa* König ms.

I. ramis divaricatis teretibus, foliis petiolatis cordato-oblongis acutis, bracteis numerosis lanceolatis, capsulae loculis monospermis.

Hab. in locis aridis incultis Bengaliae.

†† Corollis ringentibus.

p. 128. *Iusticia decussata* R.

I. caule fruticoso erecto, ramis decussatis villosis, foliis breviter petiolatis ovato-oblongis, fasciculis oppositis, bracteis numerosis pubescentibus, antheris calcaratis.

Hab. circa Rangoon (ad Pegu).

p. 130. *Iusticia ramosissima* R.

I. caule ramosissimo suffruticoso repente, foliis oppositis subovatis in petiolum decurrentibus, spicis terminalibus secundis, bracteis lanceolatis viridibus, antherarum lobo inferiori calcarato.

Hab. in ora Coromandel.

I. Betonica simillima differt caule erecto simpliciusculo, bracteis coloratis.

p. 132. *Iusticia glabra* Kön. ms.

I. caule herbaceo glabro, foliis petiolatis cordato-oblongis acutis, paniculis trichotomis, antherae lobulo inferiori calcarato, capsulae loculis dispermis.

Hab. in ora Coromandel. Flores rosei variegati.

p. 132. *Iusticia tomentosa* R.

I. caule herbaceo erecto pubescente, foliis petiolatis lato-lanceolatis tomentosis, spicis terminalibus strobiliformibus, antheris geminis distinctis, capsulae loculis tetraspermis.

Hab. in pascuis fertilibus Bengaliae. Flores violaceo-purpurei.

p. 133. *Iusticia orixensis* Kön. ms.

I. caule herbaceo, ramis divaricatis tetragonis, foliis cordatis repandis, spicis terminalibus, bracteis orbicularibus ciliatis, capsularum loculis dispermis, seminibus echinatis.

Hab. in sterilibus locis ad Samulcotam.

(Ad I. tranquebariensem adeo proxime accedit, ut haec fere solis antheris calcaratis differat, quae in nostra muticae sunt. S.)

p. 134. *Iusticia quinquangularis* Kön. ms.

I. caule perenni, ramis quinquangularibus, foliis sessilibus lanceolatis, spicis terminalibus, bracteis linearibus capsularum loculis dispermis.

Hab. in oryzetis circa Samulcotam.

(Refert fere I. procumbentem, quae tamen differt ramis sexangularibus foliisque obtusis. S.)

p. 135. *Iusticia verticillata* R.

I. caule erecto piloso, spinis verticillatis bi-trifidis, foliis petiolatis ovatis, floribus inter spinas sessilibus.

Hab. in Ougeen.

(Minus bene explorata est differentia haec, ut distinguatur ab Eranthemo spinoso Lour., quae probabiliter eadem. Utrumque autem nomen specificum mutandum, cum et aliud E. spinosum R. Brown et duae aliae Iustitiae verticillares.)

p. 135. *Nelsonia lamiifolia* R. Brown.

N. caule ramisque procumbentibus pilosis, foliis ovalibus glutinosis, spicis terminalibus imbricatis, bracteis ovatis viscosis, calycis quadrifidi lacinia infima bifida, antherarum loculis aequalibus.

Iusticia lamiifolia Roxb. fl. ind. p. 135.

Hab. in umbrosis ad Calcuttam.

p. 136. *Gratiola amara* Roxb.

Gr. caule ramisque repentibus, foliis petiolatis cordatis serratis glabris, pedunculis axillaribus solitariis paucifloris, bracteis oblongis, foliolis calycinis exterioribus cordatis, interioribus lineari - lanceolatis, capsula ovata foliolis calycinis occultata.

Caranga amara Vahl. enum. 1. p. 100.

Serratula amara (sphalma pro Scutellaria indica) Rumph. 5. t. 170.

Hab. in insulis Moluccis et in provincia Silhet.

p. 137. *Gratiola alata* R.

Gr. annua, foliis petiolatis ovatis serrato - dentatis, racemis terminalibus, calycibus quinquealatis, filamento sterili libero, capsula lineari intra calycem.

Hab. in insulis Moluccis. E maximis Gratiolarum indicarum.

p. 138. *Gratiola involucrata* R.

Gr. foliis petiolatis cordato - subrotundis lobatis multinerviis serrulatis villosis, capitulis longe pedunculatis bracteatis, filamentis sterilibus liberis, capsula intra calycem villosum.

Hab. in insulis Moluccis.

p. 138. *Gratiola integrifolia* R.

Gr. caule iuniori erecto, dein ramis divaricatis tetragonis, foliis sessilibus ovatis trinerviis integerrimis, pedunculis solitariis axillaribus unifloris, capsula calycem aequante.

Tsjanga - pugum Rheed. mal 9 t. 57.

Hab. in hortis, infesta plantis herba, Bengaliae.

p. 139. *Gratiola racemosa* R.

Gr. caule annuo, foliis subsessilibus lineari - lanceolatis integerrimis, racemis terminalibus brachiatis, floribus longe pedunculatis, capsulis linearibus calycem ter quaterve superantibus.

(Gr. verbenaefolia Colsm. Grat. p. 9. Vahl. enum. I. p. 96? Discrimen saltem essentiale latet.)

In locis cultis per totam Indiam.

p. 140. *Gratiola serrata* R.

Gr caule annuo ramoso, foliis oppositis amplexicaulibus oblongis glabris argute serratis, racemis axillaribus longe pedunculatis, capsulis linearibus divergentibus.

Pee - tsjanga - puspum Rheed. mal. 9. t. 59.

Ruellia antipoda L. fl. zeyl. 235. sp. pl. ed. Reich 3. p. 192.

(Hanc Retzius, Willdenowius et Vahlius ad Gr. veronicaefoliam Retz. citant, ad quam omnino pertinet Crusta ollae maior Rumph. amb. 5. t. 170. f. 2. Differt autem Gr. veronicaefolia a nostra caule repente, serraturis foliorum cuspidatis, floribus oppositis decussatis. Itaque videtur Gr. ciliata Colsm. eadem esse quae Gr. veronicaefolia Roxb.)

Hab. in Bengalia.

p. 140. *Gratiola reptans* R.

Gr. caulibus teretibus repentibus, foliis oppositis subrotundo - oblongis serratis glabris, racemis terminalibus, filamentis sterilibus liberis, capsulis linearibus.

Hab. in insulis Moluccis.

p. 141. *Gratiola parviflora* Roxb. corom. n. 203.

Gr. caule annuo erecto ramoso, foliis sessilibus ovato - oblongis subserratis trinerviis, floribus longe pedunculatis solitariis, filamentis sterilibus bifidis, capsulis oblongis calycem excedentibus.

Hab. in Bengalia. Flores albi vel coerulei.

p. 142. *Gratiola cuneifolia* R.

Gr. scapo racemoso, foliis radicalibus binis cuneiformibus obtusis, pedunculis elongatis, capsulis subglobosis.

? Gr. nudicaulis Willd. in neuen Schr. der berl. Gesellsch. 4. p. 193.

In locis udis orae Coromandel.

p. 143. *Utricularia fasciculata* R.

U. aphylla, scapo racemoso quadri - octofloro, utriculis subovatis bicornibus sparsis, nectario cornuto ascendente ad labium inferius, capsula rostrata nutante.

In aquis stagnantibus ad Calcuttam. Flores flavi.

p. 144. *Utricularia biflora* R.

U. aphylla, scapo bifloro, utriculis apice filamentosis, nectario cornuto ascendente labium inferius aequante, capsula globosa erecta.

Cum priore. Multo minor. Flores flavi. Accedit ad U. capillaceam Willd., sed huius capsulae subulatae.

p. 145. *Cunila Buchanani.* *

C. foliis petiolatis rhombeo - ovatis antice serratis subtus glandulosis, racemis terminalibus, bracteis oppositis lanceolatis.

Lycopus dianthera Buchan. Roxb. fl. ind. I. p. 145.

Hab. in Nepala.

(Cum stamina quatuor adsint, quorum duo abortiunt, duo autem antheras geminas gerunt, ad Cunilae genus potius pertinet, quam ad Lycopum.)

p. 146. *Salvia bengalensis* R.

S. calyce subtridentato, foliis ovato - lanceolatis integerrimis, caule fruticoso, cortice squamatim decedente, verticillis multifloris, filamentis furcatis, utroque dianthero.

Hab. in hortis orae Coromandel.

p. 146. *Salvia brachiata* R.

S. calyce . . . , foliis oblongis in petiolum decurrentibus crenatis tomentosis rugosis, ramis brachiatis, verticillis sexfloris, corollis exiguis.

In locis udis Indiae orientalis.

p. 147. *Salvia lanata* R.

S. calyce . . . , foliis sessilibus ovato - oblongis integerrimis lanatis, floribus verticillatis.

S. integrifolia Hardwicke in as. res. 6. p. 349.

Hab. inter Hurdwar et Sirinagur.

p. 147. *Veronica undulata* Wall.

V. racemis axillaribus terminalibusque elongatis, foliis oppositis amplexicaulibus lineari - lanceolatis undulatis inaequaliter serrulatis glabris, pedunculis piloso - glandulosis.

Hab. in Turraya.

p. 150. *Fraxinus chinensis* R.

Fr. foliolis subsenis lanceolatis serratis glabris, extremo elongato, paniculis axillaribus nutantibus, floribus apetalis.

Hab. in China.

p. 150. *Fraxinus floribunda* Wall.

Fr. foliolis oblongis acuminatis inaequaliter serrulatis, paniculis terminalibus compositis, floribus masculis corollatis, petalis lineari - spathulatis.

Hab. in Nepala.

Proxima Fr. Ornus, quae differt foliis subtus villosiusculis, cum nostra habeat folia utrinque glabra, subtus reticulata.

p. 151. *Ligustrum nepalense* Wall.

L. foliis petiolatis ovato - oblongis acuminatis subtus villosis, paniculis terminalibus compositis villosis.

?L. sinense Lour. coch. 19.

Hab. in Nepala.

p. 153. *Piper trioecum* R.

P. caule fruticoso scandente radicante, foliis alternis petiolatis oblique - ovatis acutis subquinquenerviis glaucis, amentis oppositifoliis cylindricis pendulis.

Hab. in montibus Circars.

Proximum P. nigrum differt potissimum foliorum colore viridi.

p. 158. *Piper Chaba* W. Hunter in as. res. 9. 391.

P. caule fruticoso repente, foliis breviter petiolatis ovato - lanceolatis basi inaequalibus subtriplinerviis, amentis oppositifoliis erectis carnosis.

P. longum Rumph. amboin. 5. t. 116. f. 1.

Hab. in Bengalia.

N. Ad P. longum nequaquam pertinet Cattutirpali Rheed. mal. 7. t. 14.

p. 158. *Piper sylvaticum* R.

P. caule fruticoso radicante, foliis petiolatis alternis cordatis obtusis subquinquenerviis, amentis oppositifoliis columnaribus, squamis masculis tetrandris.

Hab. in montibus ad Caeciam Bengaliae.

p. 159. *Piper pupuloides* R.

P. caule repente, foliis alternis breviter petiolatis ovato - lanceolatis acuminatis subtrinerviis integerrimis, amentis subsessilibus cylindricis.

Hab in provincia Silhet.

p. 161. *Piper lanatum* R.

P. repens lanatum, foliis petiolatis ovato - lanceolatis subtrinerviis, amentis oppositifoliis petiolos aequantibus, baccis pedicellatis clavatis.

Hab. in archipelago malaico.

p. 161. *Piper arborescens* R.

P. caule arboreo repente, foliis petiolatis ovatis acutis quinquenerviis, amentis oppositifoliis cylindricis, pedunculis petiolos aequantibus.

Sirium arborescens tertium Rumph. amb. 5. t. 28. f. 1.

Hab. in insulis Moluccis.

p. 162. *Piper lanceolatum* R.

P. caule fruticoso repente, foliis breviter petiolatis lato - lanceolatis quinquenerviis glabris, amentis oppositifoliis longe pedunculatis filiformibus.

Hab. in insulis Moluccis.

p. 162. *Piper rostratum* R.

P. repens, ramulis subpilosis, foliis breviter petiolatis obovatis mucronulatis villosis quintuplinerviis, amentis oppositifoliis breviter pedunculatis, baccis rostratis.

Hab. in insulis Moluccis.

p. 162. *Piper sarmentosum* R.

P. erectum superne ramosum sarmentosum, foliis superioribus subsessilibus cordato - oblongis quinquenerviis glabris, amentis oppositifoliis oblongis abbreviatis breviter petiolatis.

P. latifolium W. Hunter in as. res. 9. p. 392.

Hab. in insulis Malaicis.

p. 163. *Piper saxatile* Wall.

P. caule herbaceo sulcato repente, articulis villosis, ramis fasciculatis, foliis subsessilibus quaternis, obovatis carnosis subtus villosis trinerviis, spicis terminalibus filiformibus.

Hab. prope a Katmandu Nepaliae.

TRIANDRIA.

p. 166. *Valeriana Hardwickii* Wall.

V. triandra villosa, foliis radicalibus ovato-cordatis acutis carnosis inaequaliter sinuatis, caulinis sessilibus oppositis laciniatis, corymbis terminalibus elongatis, pedicellis dichotomis.

Valeriana Hardw. in as. res. 6. p. 350.

Hab. in Nepala.

p. 169. *Olax imbricata* R.

O. fruticosa scandens, foliis bifariis oblongis integerrimis nitidis, racemis axillaribus ante anthesin bifariam imbricatis, drupis ovatis.

Hab. ad Chittagong.

p. 170. *Hippocratea obtusifolia* R.

H. fruticosa, ramulis cirrhiferis, foliis oblongis obtusis integerrimis, corymbis terminalibus axillaribusque, capsulis obovatis tetraspermis.

Hab. in ora Coromandel.

p. 171. *Hippocratea arborea* R.

H. arborescens, ramulis scandentibus, foliis oppositis oblongis cuspidatis serrulatis, corymbis axillaribus, capsulis lineari - oblongis dispermis.

Hab. in India interiore.

Iohnia.

Char. gen. *Cal.* inferior quinquepartitus vel pentasepalus. *Cor.* 5petala. *Recept.* pistilli et staminum nectariferum globulare. *Bacca* submonosperma. *Embryo* directione varia.

Genus Salaciae affine, adeoque Rosaceis adnumerandum.

p. 172. *Iohnia salacioides* R.

I. fruticosa erecta, foliis oppositis lato - lanceolatis integerrimis subcoriaceis nitidis, calyce pentasepalo, petalis sessilibus, bacca subdisperma.

Hab. ad Chittagong et in aliis locis Bengaliae orientalis. Flores subaurantii minuti: baccae pulpa gelatinosa vescae.

p. 173. *Iohnia coromandeliana* R.

I. fruticosa scandens, foliis oppositis ellipticis subserrulatis lucidis, calyce quinquepartito, petalis unguiculatis, bacca monosperma.

Hab. in montibus orae Coromandel.

p. 176. *Commelina moluccana* R.

C. annua repens, foliis sessilibus oblongis subquinquenerviis, floribus terminalibus solitariis subsessilibus, petalis aequalibus.

In insulis Moluccis.

Comparanda est cum C. attenuata König, cuius nomine Rothius (nov. spec. pl. p. 34.) insignivit C. repentem Heyn.

p. 176. *Commelina salicifolia* R.

C. repens, foliis angusto - lanceolatis supra margineque scabris, spathis subsexfloris, petalis aequalibus, antheris dissimilibus, capsulis acutis trilocularibus.

In locis humidis circa Calcuttam et in ora Coromandel.

p. 177. *Commelina nana* R.

C. repens, foliis cordato - lanceolatis ciliatis, floribus terminalibus subpaniculatis, petalis aequalibus.

(? Commelina tenuis Roth. nov. spec. plant. p. 22.)

In locis humidis Indiae.

p. 178. *Commelina caespitosa* R.

C. repens, foliis ovato - lanceolatis utrinque glabris, spathis cordatis paucifloris, floribus polygamis, petalis subaequalibus.

Hab. ad Chittagong.

p. 178. *Commelina scapiflora* R.

C. radice tuberosa, racemis radicalibus erectis, spathis alternis multifloris, petalis aequalibus, foliis serotinis ensiformibus.

Hab. in interiore India.

p. 179. *Commelina herbacea* R.

C. caule herbaceo erecto, foliis lanceolatis nervosis submarginatis, panicula terminali multiflora, petalis aequalibus.

Hab. in Sumatra.

Sonerila R.

Cal. superus tridentatus. *Petala* tria in ore calycis cum staminibus alterna. *Capsula* 3locularis polysperma.

(Burmanniae affinis, eadem videtur cum Tripterella Mx. Eundem situm habent semina ac in Osbeckia. Hinc Burmannieae transitum faciunt ab Irideis et Commelineis ad Melastomeas. S.)

p. 180. *Sonerila maculata* R.

S. foliis oppositis inaequaliter cordatis albo - maculatis setosis serrulato - ciliatis.

Soneri - ila Rheed mal. 9 t. 65.

In montibus ad Caeciam Bengaliae et in Nepala, ubi inter olera comeditur.

p. 181. *Sonerila emaculata* R.

S. foliis oppositis inaequaliter angusto - cordatis acutis emaculatis setosis serrulato - ciliatis.

In montibus ad Caeciam Bengaliae.

p. 182. *Sonerila moluccana* R.

S. subcaulescens, foliis geminis integerrimis pilosis, altero minuto subrotundo, altero inaequaliter cordato submaculato serrulato, aculeis stipularibus, floribus corymbosis (roseis).

Hab. in montibus Khassee, Silhet.

p. 187. *Kyllinga cyperoides* R.

K. culmo triquetro glabro, umbella composita, spiculis numerosis globulosis, involucro triphyllo, seminibus oblongis triangularibus.

Hab. in pascuis udis.

(Haud confundenda cum K. cyperina Retz., quae est Mariscus Vahl., differt autem a nostra spiculis cylindricis.)

Tunga R.

Amentum ovatum undique imbricatum. *Calyx* univalvis uniflorus. *Corolla* 2valvis. *Semen* nudum.

(Forte eadem cum Hypoëlytro Rich. Hypaëlypto Vahl.)

p. 187. *Tunga triceps* R.

T. culmo subcompresso aphyllo, spicis subternis terminalibus, involucro diphyllo, foliis radicalibus culmum aequantibus.

Hab. in ora Coromandel.

p. 188. *Tunga laevigata* R.

T. culmo trigono subaphyllo, foliis dimidio culmo brevioribus, spicis capitatis terminalibus, involucro triphyllo inaequali.

Hab. in vallibus humidis.

p. 188. *Tunga diandra* R.

T. culmo folioso triquetro, foliis trinerviis, corymbis terminalibus decompositis, involucris alternis, spiculis ovalibus minutis, floribus diandris.

(Hypoëlytrum latifolium Rich. apud Pers. syn. 1. p. 70. S.)

Hab. in Amboina et Philippinis.

p. 189. *Schoenus articulatus* R.

Sch. culmo articulato triquetro erecto folioso, foliis margine hispidiusculis, corymbis decompositis, setis hypogynis, germine basi styli coronato.

(Ad Rynchosporam Vahlii pertinet.)

Hab. in paludosis montium Circars.

p. 191. *Cyperus nudus* R.

C. culmo tereti aphyllo articulato, foliis nullis, umbella composita, involucro paleaceo, stigmate trifido.

(C. articulatus L. idem sine dubio. C. nudus Humb. alienus: ergo et hoc nomen specificum mutandum.)

Hab. in rivulis Indiae.

p. 191. *Cyperus seminudus* R.

C. culmo tereti superne angulato aphyllo basi vaginato, foliis nullis, umbella decomposita erecta, involucro triphyllo, spiculis luteis.

(Cyperus Königii Vahl. enum. 2. p. 302. forte idem.)

Hab. in locis udis Indiae.

p. 193. *Cyperus monocephalus* R.

C. culmo triquetro stricto folioso, foliis culmum subaequantibus, capitulo terminali ovato subcomposito, involucro subtriphyllo, spiculis ovatis sub-

decemfloris bruneis, stylo simplici, receptaculo spongioso.

Hab. in udis Bengaliae.

p. 193. *Cyperus diffusus* R.

C. culmo triquetro diffuso glabro basi folioso, foliis culmum aequantibus, capitulis aggregatis terminalibus, spiculis incurvis, squamis mucronatis, involucro polyphyllo.

Mullu - palla Rheed. mal. 12. t. 54.

(Nomen specificum mutandum, cum C. diffusus Vahl. alienus sit. S.)

In pascuis humidis.

p. 195. *Cyperus pectinatus* R.

C. culmo triquetro stricto basi folioso, umbella simplici terminali, spiculis linearibus, squamis apice recurvis, stylo trifido, involucro subtriphyllo inaequali.

(Nomen specificum mutandum, cum C. pectinatus Vahl. alienus sit.)

Hab. in ora Coromandel.

p. 197. *Cyperus punctatus* R.

C. culmo triquetro glabro foliis breviori, umbella composita, spiculis linearibus multifloris, squamis mucronatis, involucris tetraphyllis culmo longioribus, seminibus albo - punctatis.

Gramen cyperoides elegans Plukn. t. 192. f. 3.

(C. puncticulatus Vahl. alienus. S.)

C. pygmaeus König. ms.

Hab. in pascuis udis Indiae.

p. 198. *Cyperus capillaris* Kõnig. ms.

C. culmo triquetro filiformi, umbella composita, lateralibus pedunculatis, spiculis linearibus, involucro triphyllo filiformi, stylo bifido, staminibus duobus.

Hab. in pascuis udis Indiae.

p. 200. *Cyperus incurvatus* R.

C. culmo triangulari incurvo basi folioso, umbella composita, spiculis acicularibus incurvis, squamis obtusis, involucro triphyllo reflexo, stylo trifido.

Hab. in ripa uda Gangis.

p. 201. *Cyperus tortuosus* Kõn.

C. culmo trigono aphyllo, foliis radicalibus culmo brevioribus, umbella composita, spiculis linearibus incurvis, squamis diandris, involucro triphyllo umbellam superante, stylo bifido, seminibus obovatis compressis.

Hab. in pascuis udis Bengaliae.

p. 202. *Cyperus pertenuis* R.

C. culmo basi teretiusculo superne triquetro, foliis basilaribus culmo brevioribus paucis, umbella composita, spiculis filiformibus multifloris, involucro triphyllo, stylo trifido, seminibus triangularibus.

Hab. in locis udis prope a Calcutta.

p. 203. *Cyperus strictus* R.

C. culmo trigono stricto basi folioso, foliis ca-

rinatis strictis culmo longioribus, umbella erecta lineari composita, spiculis lanceolato-linearibus, squamis diandris, stylo bifido, involucro subtriphyllo inaequali.

Hab. in locis incultis Indiae.

p. 205 *Cyperus inundatus* R.

C. culmo triquetro, foliis numerosis basilaribus carinatis culmum aequantibus, umbella decomposita, spiculis lanceolatis rigidis obtusis, staminibus duobus, stylo bifido, semine obcordato subcompresso, involucro subpentaphyllo inaequali.

Hab. ad ripas Gangis, cuius fluenta tardat.

(C. inundatus R. Brown prodr. nov. holl. p. 214. alienus: hinc nostri nomen specificum mutandum.)

p. 207. *Cyperus spinulosus* R.

C. culmo trigono erecto rigido basi folioso, foliis rigidis striatis margine hispidiusculis, umbella subdecomposita, capitulis pedunculatis globulosis, spiculis linearibus rigidis spinulosis subtrifloris, involucro polyphyllo.

Hab. in fossis et aquaeductibus.

p. 209. *Cyperus digitatus* R.

C. culmo triquetro aphyllo, foliis radicalibus margine aculeolatis, umbella composita fastigiata, spicis digitatis linearibus, spiculis acutis subsexfloris, squamis mucronato-recurvis, involucro polyphyllo umbellam aequante.

Hab. in locis udis Bengaliae.

p. 209. *Cyperus verticillatus* R.

C. culmo triquetro basi folioso, foliis margine carinaque aculeolatis, umbella decomposita, spiculis lanceolatis, squamis carinatis membranaceis obtuse mucronatis, involucro polyphyllo culmum aequante, staminibus tribus

(Cyperus alopecuroides Rottb. proximus.)

Hab. in locis udis prope a Calcutta.

p. 211. *Cyperus tegetum* R.

C. culmo trigono aphyllo basi vaginato, radicibus repentibus, umbella decomposita, spiculis alternis lineari - lanceolatis multifloris, involucro umbellam subaequante, involucellis paleaceis, seminibus clavatis triangularibus.

Hab. in fossis et ad lacuum ripas prope a Calcutta.

Storeas tegetesque vulgares Calcuttae largiuntur culmi fissi.

p. 212. *Cyperus bengalensis.* *

C. culmo trigono aphyllo basi vaginato, radice subtuberosa, umbella supradecomposita, spiculis alternis subulatis multifloris, involucris umbella quater brevioribus, seminibus oblongis compressis.

C. nudus Roxb. fl. ind. 212.

Hab. in locis humidis Bengaliae. C. tegetum R. simillimus, sed notis indicatis differt. (Nomen specificum mutavi, ob duo synonyma iam exstantia.)

p. 213. *Scirpus tuberosus* R.

Sc. radice tuberosa, culmo aphyllo articulato, spica terminali cylindrica nuda, squamis oblongis membranaceis, basi styli cordata, seminibus obcordatis glochidatis.

Hab. in China, ubi tubera comeduntur et medicamentum aestimantur. *Maa - tai, Pee - tse* Chinensium. (Scirpus tuberosus Desfont. est varietas Sc. maritimi.)

p. 215. *Scirpus tumidus* R.

Sc. culmo tereti inflato articulato aphyllo, spica terminali cylindrica, squamis lato - lanceolatis carinatis, setis hypogynis simplicibus.

Hab. cum priori, sed multo rarius.

p. 216. *Scirpus acutangulus* R.

Sc. culmo triquetro aphyllo, spica terminali acuminata, squamis striatis acutiusculis, setis hypogynis simplicibus.

Hab. cum prioribus.

p. 216. *Scirpus medius* R.

Sc. culmo trigono aphyllo, spica terminali cylindrica, squamis obtusis, setis hypogynis simplicibus.

Hab. cum prioribus.

p. 216. *Scirpus incurvatus* R.

Sc. culmis numerosis caespitosis incurvis teretibus aphyllis articulatis, spicis verticillato - globulosis ad basin culmi, squamis rotundatis ovatis, seminibus triangularibus.

Hab. in locis udis ad Calcuttam.

p. 217. *Scirpus subarticulatus* R.

Sc. culmo tereti aphyllo, tubo medullari membranis intercepto, capitulo laterali basilari, spiculis ovalibus obtusis multifloris, squamis ovalibus membranaceis, seminibus triangularibus.

p. 218. *Scirpus dubius* R.

Sc. radice tuberosa, culmis (foliis?) erectis cylindricis articulatis.

(Isoëtes coromandelina Linn. suppl. p. 447.?)

Flores nondum vidit Roxb. Tubera comeduntur.

p. 218. *Scirpus iuncoides* R.

Sc. culmo tereti aphyllo striato, spicis lateralibus subquinis ovalibus, involucro nullo, semine globulari, setis nullis.

Hab. in locis udis.

p. 219. *Scirpus triangulatus* R.

Sc. culmis caespitosis triquetris aphyllis, spicis subduodenis sessilibus sub apice culmi.

Hab. in Chittagong.

p. 220. *Scirpus pectinatus* R.

Sc. culmo tereti aphyllo, panicula laterali nutante, involucro nullo, spicis oblongis, squamis mucronatis, stigmate bifido, setis hypogynis pinnatis.

Hab. in locis paludosis arenosis.

p. 221. *Scirpus pentagonus* R.

Sc. culmo erecto aphyllo subpentagono striato, umbella terminali composita erecta, involucro paleaceo, squamis monandris, stigmate trifido, seminibus subtrigonis scabris.

(Sc. quinquangularis Vahl. enum. 2 p. 279. redit in Roxb. fl. ind. p. 233., neque distinguitur nisi culmo altiori basi folioso.)

Hab. in pascuis.

p. 221. *Scirpus minimus* R.

Sc. culmis caespitosis setaceis incurvis folio brevioribus, involucro triphyllo, spicis terminalibus globulosis squarrosis involucrum aequantibus.

(Sc. minimus L. Vahl., licet similis, tamen alius. Hinc nomen nostri mutandum. Congruit autem cum Sc. squarroso L.)

Hab. in udis arenosis.

p. 221. *Scirpus monostachys* Kön.

Sc. culmo stricto tereti folioso, foliis filiformibus culmum aequantibus, spica terminali solitaria ovali, squamis suborbicularibus, seminibus obcordatis glabris.

Hab. in pascuis arenosis. (Vid. supra p. 11.)

p. 222. *Scirpus strobilinus* R.

Sc. radice stolonifera, culmo trigono basi folioso, foliis triangularibus canaliculatis, spica laterali solitaria, involucro monophyllo, squamis cordatis cuspidatis, stigmate bifido, setis hypogynis senis glabris.

Hab. ad ripas Gangis.

p. 222. *Scirpus scaber* R.

Sc. culmo erecto angulato glabro, foliis filiformibus culmo dimidio brevioribus, spica terminali solitaria erecta oblonga, involucro brevissimo caduco, squamis oblongis rotundatis diandris, stigmate bifido, seminibus obcordatis rugulosis.

Comparandus cum Sc. polytrichoide Retz. obs. 4. p. 11. (qui tamen satis differt).

Hab. in ora Coromandel.

p. 223. *Scirpus bispicatus* Kön.

Sc. culmo erecto filiformi subpentagono, foliis subtortis, spicis subternis terminalibus, involucro submonophyllo spicas subaequante, squamis suborbiculatis, seminibus obcordatis compressis margine calloso.

Hab. in locis fertilibus udis.

p. 227. *Scirpus tenellus* R.

Sc. culmo erecto teretiusculo basi folioso, umbella subcomposita, involucro abbreviato, squamis scariosis mucronatis navicularibus, stylo basi dilatato, stigmate trifido, seminibus obovatis punctatis subtrigonis.

p. 227. *Scirpus mollis* Wall.

Sc. culmo teretiusculo striato pilosiusculo, foliis basilaribus canaliculatis, vaginis pilosis, umbella simplici, involucro pentaphyllo villoso umbella breviori, spicis oblongis, squamis ovatis nervosis sub-

aristatis, setis hypogynis asperis, stylo basi dilatata articulata.

(Rynchosporae species Wall.)

Hab. in Nepala.

p. 228. *Scirpus tridentatus* R.

Sc. radice stolonifera tuberosa, culmo stricto triquetro articulato, foliis rigidis canaliculatis, umbella composita, involucris subtriphyllis inaequalibus umbellam subaequantibus, spiculis lanceolatis acutis, squamis tridentatis laceris mucronatis, seminibus triangularibus, setis hypogynis.

Sc. maritimus indicus Kön.

Hab. in fossis aquae dulcis.

p. 229. *Scirpus strictus* R.

Sc. culmo stricto rigido tereti, foliis rigidis abbreviatis, umbella terminali composita, involucro paleaceo, spicis ovatis, squamis obtusis membranaceis diandris, seminibus compressis obcordatis punctatis.

Hab. in aridis sterilibus.

p. 229. *Scirpus brevifolius* R.

Sc. culmo erecto semitereti, foliis abbreviatis, umbella terminali decomposita, involucro subtriphyllo umbella breviori, spicis oblongis, squamis carinatis monandris, stigmate bifido, stylo basi dilatato, seminibus obcordatis striatis.

Accedit ad Fimbristylem glaucam et dichotomam Vahl, sed ab utraque differt; vera tamen est Fimbristylis. N. Wallich.

Hab. in pascuis per Bengaliam et Nepalam.

p. 231. *Scirpus densus* Wall.

Sc. culmis triquetris setaceis caespitosis, foliis culmo brevioribus basi pilosis, umbella decomposita, radiis capillaribus, involucris squarrosis aristatis, spiculis ovalibus longe pedunculatis, squamis carinatis acutis, seminibus obovatis triquetris, setis nullis.

Isolepis barbata similis, sed diversa.

Hab. in Nepala.

p. 232. *Scirpus tetragonus* R.

Sc. culmo erectiusculo tetragono subaphyllo, foliis radicalibus bifariis culmum subaequantibus, umbella decomposita, involucris setaceis, spicis minutis globularibus, squamis subrotundis diandris, seminibus globularibus scabris.

Hab. in pascuis humidis.

p. 233. *Scirpus pallescens* R.

Sc. culmo teretiusculo striato, foliis canaliculatis margine subserrulatis sublanatis, umbella terminali supradecomposita, involucro diphyllo umbellam superante, spiculis minutis, squamis obtusis monandris, seminibus obcordatis striatis rugulosis.

Hab. in pascuis.

p. 234. *Scirpus anceps* R.

Sc. culmo erecto ancipiti, umbella supradecomposita involucrum diphyllum superante.

Hab. in Bengalia.

(Sc. anceps Poir. enc. 6. p. 782. alienus: ergo hoc nomen mutandum.)

p. 234. *Scirpus comosus* Wall.

Sc. glaucus, culmis caespitosis trigonis aphyllis, foliis radicalibus canaliculatis margine carinaque scabris apice triquetris, corymbo terminali decomposito nutante, involucro pentaphyllo, spicis subternis, squamis subulatis, setis hypogynis argenteis subduodenis squamas duplo superantibus.

Hab. inter rupes Nepalae et ad radices montium altissimorum Himalaya.

p. 235. *Scirpus Kysoor* R.

Sc. radice tuberosa, culmo stricto triangulari inferne hispido, foliis canaliculatis hispidiusculis subulatis, umbella terminali supradecomposita, involucris triphyllis inaequalibus, spicis ovatis, squamis subrotundis mucronatis, stylo basi tumido cordato, setis quinis hypogynis villosis.

Sc. grossus Vahl enum. 2. p. 270 accedit, sed setae hypogynae senae retrorsum aculeolatae.

Hab. ad ripes lacuum Bengaliae.

p. 237. *Scirpus maximus* R.

Sc. culmo erecto triangulari (biorgyali), foliis radicalibus carinatis culmum aequantibus, umbella supradecomposita, spicis minutis ovato - subrotundis paucifloris, squamis latis abbreviatis, seminibus obcordatis, setis nullis.

Sc. grossus Retz. obs. 5. p. 15. certe huc per-

tinet. Sed Sc. grossus Linn. suppl. 104. dubius, Sc. grossus Vahl. enum. 2. 270. alienus setis retrorsum aculeatis, statura minore, spicis oblongis multifloris.

Hab. cum Sc. grosso Vahl. et Sc. Kysoor R.

p. 239. *Cenchrus biflorus* R.

Sc. spica simplici cylindrica terminali, involucris bifloris multifidis subulato - uncinatis interne pubescentibus, calyce trivalvi unifloro, culmo glabro, foliis ore pilosis.

Hab. in locis aridis editioribus Coromandel.

p. 241. *Saccharum fuscum* R.

S. panicula erecta verticillata, ramulis nutantibus, flosculis geminis pedicellatis hermaphroditis, involucro lanato brevi, calyce corollaque trivalvi ciliata.

Hab. in locis umbrosis Bengaliae.

Calamos scriptorios largitur.

p. 241. *Saccharum semidecumbens* R.

S. panicula oblonga laxa, ramulis verticillatis, flosculis geminis, altero sessili altero pedicellato, involucro villoso, corolla univalvi ciliata, culmo basi decumbente, foliis canaliculatis margine hispidis, ad oras vaginae barbatis.

Hab. in Bengalia.

p. 244. *Saccharum chinense* R.

S. panicula ovata, ramulis verticillatis, corolla bivalvi secunda, lodiculis carnosis crenulatis corol-

lae oppositis, foliis bifariis antrorsum aculeolatis.

Colitur in China: introductum in hortum Calicutensem anno 1796. Adeo durum, ut et dentibus Canis aurei et Formicae albae resistat.

p. 248. *Saccharum procerum* R.

S. panicula diffusa, ramis lanatis verticillatis, corolla floris pedicellati bi- sessilis trivalvi, culmo stricto (triorgyali), foliis ensiformibus margine hispidis.

Hab. in Bengalia. Culmi adhibentur ad scrinia inde fabricanda.

p. 249. *Saccharum Sara* R.

S. panicula densa, ramulis compositis subverticillatis, involucello villoso longissimo, corolla trivalvi ciliata, foliis latis margine hispidis.

Sara Asiat. res. 4. p. 247.

Hab. rarius ad Calcuttam.

p. 249. *Saccharum exaltatum* R.

S. panicula contracta, ramis spicatis subverticillatis pubescentibus, calycibus villosissimis, flosculi sessilis corolla tri-, pedicellati bivalvi, culmo sublignoso farcto, foliis margine spinulosis, ore vaginarum lanato.

Kerpa Rheed. malab. t. 46.

Hab. in vallibus.

p. 250. *Saccharum Munja* R.

S. panicula oblonga patula, ramis verticillatis

supradecompositis, flosculis omnibus hermaphroditis, corolla bivalvi, foliis canaliculatis margine hispidis.

Munja As. res. 4. 248.

Hab. in Benares, ubi incolae funes inde conficiunt.

p. 151. *Saccharum canaliculatum* R.

S. panicula subcylindrica, ramis villosissimis, valvis calycinis basi callosis ciliatis, corollis univalvibus, foliis semicylindricis canaliculatis.

Hab. in Bengalia.

p. 252. *Anthistiria polystachya* R.

A. panicula erecta pauciflora, involucris glabris flosculo longioribus subaristatis, flosculis ☿ basi barbatis, aristula pilosa valvis calycinis opposita, corolla univalvi, arista pilosa rigida opposita, flosculis accessoriis trivalvibus, valvis exterioribus sessilium apice papilloso - ciliatis.

Hab. in Bengalia.

p. 253. *Anthistiria scandens* R.

A. culmis scandentibus radicantibus geniculatis, foliis floralibus basi ciliatis, paniculae hirsutae ramis umbellatis, involucris glabris, flosculis accessoriis bivalvibus neutris, valvis exterioribus sessilium apice papilloso - ciliatis.

Hab. in Bengalia.

p. 253. *Anthistiria heteroclita* R.

A. culmo erectiusculo geniculato, foliis ensifor-

mibus pilosis, paniculae ramis umbellatis, involucris setaceis quinquefloris, flosculis hermaphroditis binis aristatis, masculis ciliatis ternis.

Hab. in pascuis circa Calcuttam.

p. 256. *Anthistiria arundinacea* R.

A. culmo erecto glauco glabro (triorgyali), foliis canaliculatis margine hispidis, panicula nutante, involucris navicularibus, umbellis numerosis pedicellatis, flosculis accessoriis masculis muticis, valva externa hispida, flosculo hermaphrodito pedicellato villoso.

Hab. in Bengalia.

p. 259. *Andropogon tenellus* R.

A. culmi filiformis nodis villosis, foliis gracilibus basi pilosiusculis, spicis geminis erectis breviter pedicellatis, flosculis geminis, externis sessilibus hermaphroditis aristatis, internis pedicellatis muticis neutris, valvis calycinis externis tridentatis pilosis striatis, internis acutis trinerviis, corolla univalvi.

Hab. in Bengalia.

p. 260. *Andropogon coniugatus* R.

A. culmis filiformibus ramosis glabris, foliis gracilibus basi pilosiusculis, spicis coniugatis, rachi flexuosa villosa, flosculis geminis, utroque hermaphrodito aristatoque, valva calycina externa ciliata.

Hab. in Bengalia. Minimum generis.

p. 260. *Andropogon filiformis* R.

A. culmis filiformibus erectis, spicis geminis ter-

minalibus, flosculis omnibus sessilibus solitariis hermaphroditis diandris, calyce bivalvi, corolla univalvi aristata.

Hab. in pascuis circa Calcuttam.

(Nomen specificum mutandum, cum A. filiformis Pers. alienus sit.)

p. 261. *Andropogon tristachyos* R.

A. culmis erectis glabris, foliis basi pilosiusculis, spicis subternis, flosculis geminis hermaphroditis aristatis, altero sessili, altero pedicellato, calyce corollaque bivalvibus ciliatis.

Hab. in pascuis ad Calcuttam.

p. 261. *Andropogon tridentatus* R.

A. culmo stricto, spicis coniugatis hirsutis, flosculis geminis hermaphroditis aristatis, altero sessili, altero pedicellato, calycis hirsuti valva exteriore cuneata tridentata, corolla quadrivalvi.

Hab. in ora Coromandel.

p. 262. *Andropogon lanceolatus* R.

A. culmo radicante, foliis cordato-lanceolatis basi ciliatis, spicis subternis terminalibus pedunculatis, flosculi masculi pedicello lanato, hermaphroditi aristati valva calycina externa pectinato-serrata.

Hab. in ora Coromandel.

p. 262. *Andropogon scandens* R.

A. culmo scandente radicante, hinc sulcato, foliis basi pubescentibus, spicis digitatis, calycibus

lanceolatis pilosiusculis, flosculi masculi corolla bivalvi mutica, hermaphroditi univalvi, arista torta.

Hab. in dumetis vulgare.

p. 264. *Andropogon monandrus* R.

A. culmo filiformi stricto tereti, foliis basi pilosiusculis, spicis subsolitariis terminalibus longe pedunculatis, flosculis monandris aristatis, femineo pedicellato, hermaphrodito sessili.

Hab. in locis montosis.

p. 265. *Andropogon strictus* R.

A. culmo stricto tereti, nodis barbatis, foliis basi ciliatis, spicis digitatis longe pedunculatis, flosculi hermaphroditi sessilis corolla aristata, masculi pedicellati mutica, utriusque valva calycina exteriore poro pertusa.

Hab. in locis montosis.

(Nomen specificum mutandum, cum A. strictus Kit. alienus sit.)

p. 265. *Andropogon polystachys* R.

A. culmo stricto ramoso, foliis basi ciliatis, spicis simplicibus aggregatis axillaribus longe pedunculatis, flosculis geminis, inferioribus masculis muticis, superiorum sessili femineo univalvi basi fusce barbato aristato, pedicellato masculo mutico.

Hab. in ora Coromandel.

p. 267. *Andropogon verticillatus* R.

A. culmo erecto, foliis margine aculeolatis basi pilosis, paniculae conicae ramis verticillatis trifloris,

flosculi hermaphroditi sessilis calyce corollaque aristatis, masculi pedicellati corolla mutica.

Hab. in locis montosis.

p. 268. *Andropogon punctatus* R.

A. culmo suberecto, foliis pilosis basi lanatis, paniculae erectae ramis secundis, valvis calycinis exterioribus poro pertusis, flosculi hermaphroditi corolla univalvi aristaque torta.

Hab. in montibus.

p. 269. *Andropogon fascicularis* R.

A. culmo erecto sulcato, paniculae terminalis fasciculis subsecundis, flosculis geminis, hermaphrodito sessili aristato, neutrius corolla nulla.

Hab. in montibus.

p. 271. *Andropogon glaber* R.

A. culmo ramosissimo glabro, foliis glaberrimis nitidis, paniculae ovatae ramis verticillatis, flosculis geminis, hermaphroditi aristati calyce poro pertuso, masculi mutici corolla bivalvi.

Hab. in locis editis Bengaliae.

p. 271. *Andropogon montanus* R.

A. culmo basi radicante, foliis pilosis, ore vaginarum barbato, paniculae conicae ramis subverticillatis, flosculo hermaphrodito aristato, neutrius mutici corolla univalvi.

Hab. in montibus.

p. 276. *Andropogon miliaceus* R.

A. culmo erecto glabro (subbiorgyali), paniculae

laxae ramis verticillatis, flosculi utriusque corolla trivalvi fimbriata, hermaphrodito subaristato.

Hab. ad Lucknow.

p. 277. *Andropogon pumilus* R.

A. culmo ramoso, paniculae foliosae spicis coniugatis hirsutis, flosculi sessilis hermaphroditi valvis calycinis cuspidatis, corolla univalvi aristata.

Hab. in ora Coromandel. Ex minutis.

p. 277. *Andropogon parviflorus* R.

A. culmo ascendente, foliis linearibus obtusiusculis, panicula foliosa, spiculis solitariis bracteatis, flosculo hermaphrodito sessili aristato, alterius rudimento in pedicello clavato elongato.

Hab. in montibus Circars, elegans species.

p. 279 *Andropogon Iwarancusa* Blane in Phil. trans. vol. 80. p. 284. t. 16.

A. culmo erecto glabro, foliis elongatis margine hispidis, paniculae foliosae elongatae spicis fasciculatis multibracteatis, flosculo hermaphrodito aristato sessili, masculo mutico.

Iwarancussa As. res. 4. 109.

Hab. in montibus Bengaliae finitimis. Radix amaro - aromatica.

p. 280. *Andropogon Martini* R.

A. culmo ramoso erecto glabro, foliis acuminatis, paniculae linearis subsecundae spicis coniugatis, flosculis geminis, pari infimo masculo, alterutrius receptaculo calloso.

Hab. ad Lucknow. Sapor aromaticus pungens, qui et ad carnes et lac pecudis eo vescentis transit.

p. 283. *Paspalum longifolium* R.

P. spicis paniculatis divergentibus numerosis, rachi plana undulata marginata longe pilosa, flosculis geminis glabris ovalibus aequalibus nervosis, seminibus lucidis punctatis.

Sponte in horto botanico Calcuttensi. (P. densum Poir. satis vicinum.)

p. 285. *Panicum barbatum* R.

P. culmo erecto superne ramosissimo, foliis margine hispidis, ore vaginarum pilosiusculo, spicis terminalibus solitariis, involucellis duplicibus unifloris flosculos superantibus, seminibus glabris acutis.

Sponte in horto botanico, ex humo, quae inde a Sumatra aut Amboina advecta fuerat. (Penniseti species. S.)

p. 287. *Panicum involucratum* R.

P. culmo erecto, nodis lanatis, ore vaginarum barbato, panicula spicata, pedicellis bifloris, involucellis duplicibus setaceis, setis simplicibus subulatis, longioribus fimbriatis, flosculis polygamis.

Hab. in montibus. Forte Panicum spicatum Roxb. (Holcus spicatus Willd.) aut P. holcoides Roxb. spontaneum. (Penniseti species. S.)

p. 288. *Panicum holcoides* R.

P. culmo erecto, ore vaginarum barbato, racemo

spicato cylindrico, involucellis bifloris fasciculato-setosis, setis aliis lanatis flosculo longioribus, aliis brevioribus nudis, calycis valva exteriore tridentata, seminibus glabris.

Gramen caricosum Rumph. amb. 6. t. 7. f. 2. A.

Hab. in locis cultis editis. (Penniseti species. S.)

p. 291. *Panicum coniugatum* R.

P. culmo subrepente villoso, spicis coniugatis secundis, flosculis solitariis sessilibus, valvis calycinis trinerviis, accessoria maxima.

Hab. in ora Coromandel. Panicum distachyon L. proximum habet valvam calycinam accessoriam minutam. (Digitariae species. S.)

p. 295. *Panicum corymbosum* R.

P. spicis numerosis corymbosis filiformibus secundis fastigiatis, rachi communi striata, partiali triangulari, flosculis biseriatis, pedicellis inaequalibus, calyce bivalvi striato, seminibus glabris oblongis.

Hab. in vallibus montium Circars.

p. 301. *Panicum cuspidatum* R.

P. culmo basi repente ascendente, foliis margine coloratis, spicis compositis secundis subdecurvatis, rachi hispida triangulari, flosculis subsessilibus subternis hermaphroditis, valvis calycinis trinerviis cuspidatis hispidiusculis, seminibus glabris cuspidatis.

Hab. in Bengalia.

p. 303. *Panicum hirsutum* Kön.

P. culmo basi repente ascendente, nodis lanatis, foliis cordatis vaginisque hirsutis, spicis compositis secundis, rachi hirsuta angulata, flosculis biseriatis sessilibus hirsutis, calycibus striatis, seminibus transversim rugulosis mucronatis.

Hab. in locis cultis. (Nomen mutandum, cum P. hirsutum Lam. et Sw. aliena sint.)

p. 303. *Panicum tomentosum* R.

P. culmo ascendente, foliis villosissimis, spicis compositis, rachi setoso-hispida, valvis calycinis interioribus quinquenerviis, seminibus transversim rugulosis.

Hab. in pascuis aridis.

p. 306. *Panicum strictum* R.

P. culmo stricto, nodis foliisque subtus pilosis, spicis paniculatis cylindricis, flosculis geminatis pedicellatis, valvis calycinis acutis hirsutis, corollae valva tertia interna aristata.

Hab. in Bengalia. (Nomen mutandum, quia P. strictum Pursh. iam adest.)

p. 307. *Panicum frumentaceum* R.

P. culmo erecto compressiusculo, foliis margine hispidis, paniculae erectae spicis secundis incurvis, rachi angulata hispidiuscula, flosculis ternis inaequaliter pedicellatis sessilibusque, valvis calycinis trinerviis mucronatis, seminibus ovatis glabris.

Colitur per Bengaliam: frumentum salubre ac nutriens, quinquagies multiplicatur. (Vid. sup. p. 13.)

p. 309. *Panicum tenellum* R.

P. culmo ascendente ramoso, foliis pilosis, panicula oblonga ramosissima, ramis capillaribus, flosculis solitariis remotis, valvis calycinis acutis recurvis, corolla trivalvi, seminibus quinquenerviis.

In locis cultis. (Videtur idem esse ac P. tenellum Lam.)

p. 309. *Panicum serrulatum* R.

P. culmo erecto ramoso, foliis serrulatis, vaginis glabris, panicula erecta ramosa spicaeformi, flosculis lanceolatis, valvis calycinis acutis dorso hispidiusculis, seminibus oblongis glabris.

In vallibus humidis.

p. 310. *Panicum paludosum* R.

P. culmo erecto basi radicante, foliis retrorsum hispidis, vaginis intus pilosis, paniculae diffusae ramis alternis triangularibus, pedicellis bifloris, valvis calycinis cuspidatis, corolla trivalvi, seminibus glabris.

Andropogon squarrosus Kön. in Linn. suppl. p. 433. (p. 270.).

Hab. in stagnis inter montes Circars.

(Qui A. squarrosum Kön. cum A. muricato Ej. coniunxit, Willdenowius sp. pl. 4. p. 908., vehementer lapsus est. Namque nulla utriusque affinitas. R. Brownius, qui A. squarrosum in herbario Linnaeano vidit, omnino Panici abortivi nomine iam prodr. fl. nov. holl. p. 193. enumeravit. Hinc nomen Roxburghii mutandum.)

p. 310. *Panicum uliginosum* R.

P. culmo erecto ramoso compressiusculo, foliis abbreviatis supra pilosiusculis, ore vaginarum barbato, paniculae contractae ramis compressis subquadrangularibus, flosculis solitariis polygamis, seminibus oblongis glabris.

Hab. in marginibus udis oryzetorum.

p. 311. *Panicum sarmentosum* R.

P. culmo sarmentoso, surculis erectis pubescentibus, foliis margine asperis, panicula terminali ovata, flosculis solitariis numerosis glabris polygamis, valvis calycinis obtusis nervosis.

Hab. in Sumatra.

p. 313. *Panicum tenue* R.

P. culmo erecto radicante ramoso (suborgyali), foliis supra pilosis margine aculeolatis, paniculae erectae ramis inaequalibus, rachi angulata, valvis calycinis multinerviis, corolla trivalvi, seminibus transversim rugulosis.

Hab. in montibus Circars.

p. 313. *Panicum plicatum* R.

P. culmo erecto hirto, foliis lanceolatis plicatis pilosiusculis, panicula oblonga laxa, flosculis subsolitariis polygamis, seminibus rugulosis.

Hab. in Sumatra. (Est sine dubio P. plicatum Lam., quamvis nullum adduxerit synonymon Roxburghius).

p. 314. *Panicum nervosum* R.

P. foliis lanceolatis plicatis pubescentibus, paniculae rarae ramis capillaribus nutantibus simplicibus, flosculis remotis solitariis, valvis calycinis glabris nervosis.

Hab in Nepala. (P. nervosum Rottler. apud Willd. neue berl. Schriften, 4. p. 104. licet simile, differt tamen spicis digitatis. P. nervosum Lam. simile inflorescentia, differt tamen foliis haud plicatis.)

p. 314. *Panicum costatum* R.

P. culmo repente, foliis plicatis vaginisque hirsutis, paniculae compositae racemis secundis spicatis, flosculis polygamis, corolla trivalvi, seminibus rugulosis.

Hab. in insula Mauritii.

p. 315. *Panicum montanum* R.

P. culmo erecto lignescente, foliis striatis pilosiusculis basi ciliatis, nervo subobliquo, paniculae oblongae ramis capillaribus strictis, corolla bivalvi, seminibus glabris trinerviis.

Hab. in montibus Circars.

p. 316. *Milium filiforme* R.

M. culmo repente, foliis glabris, racemis terminalibus subbinis erectis secundis, rachi membranacea subundulata, flosculis alternis solitariis muticis, valvis corollinis rigidis glabris.

Hab. in pascuis. (Nomen mutandum, ob M. filiforme Lag. alienum.)

p. 319. *Agrostis maxima* R.

A. culmo erecto tereti, foliis glabris, paniculae oblongae ramis filiformibus nutantibus, valvis calycinis aequalibus corolla longe ciliata multo minoribus, staminibus duobus.

Hab. in montibus. E maximis: crescit enim ad duodecim pedum altitudinem. Folia simillima iis, quibus Chinenses mercimonias involvunt.

p. 320. *Holcus nervosus* R.

H. foliis vaginisque papilloso - hirsutis, paniculae oblongae ramis alternis simplicibus, flosculis geminis sessilibus, altero hermaphrodito aristato, altero masculo mutico, calycibus bifloris subquinquenervis, corolla bivalvi.

Hab. in ora Coromandel.

p. 321. *Holcus ciliatus* R.

H. culmi nodis barbatis, foliis vaginisque papilloso - hirsutis, panicula lineari hirsuta, valvis calycinis subaequalibus corolla maioribus papilloso - hirsutis.

Hab. in ora Coromandel.

p. 322. *Ischaemum semisagittatum* R.

I. culmo basi radicante, foliis cordato - lanceolatis margine asperis, spicis coniugatis terminalibus subsecundis, rachi flexuosa, flosculis geminis subsessilibus basi barbatis, valvis calycinis obtusiusculis, inferiore gibba transversim rugulosa, margine punctata, superne striata ciliata, flosculo hermaphrodito aristato.

Hab. rarius in Bengalia.

p. 323. *Ischaemum coniugatum* R.

I. culmo ramoso basi repente, foliis cordato-lanceolatis acutis glabris, spicis coniugatis conniventibus, rachi pilosa articulata, flosculorum paribus quatuor ad octo, valvis calycinis exterioribus dorso lanatis, interiore naviculari, valva corollina interna aristata.

Hab. in pascuis Calcuttae vicinis.

p. 324 *Ischaemum geniculatum* R.

I. culmo geniculato ramoso radicante, foliis ensiformibus glabris, spicis coniugatis conniventibus, flosculis geminis, altero sessili altero pedicellato, calycibus bifloris glabris cristatis, corolla hermaphrodita aristata, mascula mutica.

Hab. in Bengalia.

p. 324. *Ischaemum tenellum* R.

I. culmo basi repente, nodis barbatis, spicis coniugatis conniventibus, flosculis geminis, sessilis valva calycina exteriore retusa, interiore subulata, corollis binis, hermaphrodita aristata, mascula mutica; flosculi pedicellati valvis calycinis aequalibus subulatis, corolla solitaria vel hermaphrodita vel mascula.

Hab. . . .

p. 325. *Ischaemum repens* R.

I. culmo flexuoso repente glabro, foliis ensiformibus bifariis, vaginis pilosiusculis, spicis coniuga-

tis, rachi triquetra, flosculis geminis polygamis muticis, valvis calycinis corollinisque acutis.

Hab. in Pulo-pinang (insula freti Malaccensis).

p. 325. *Ischaemum cuspidatum* R.

I. culmo natante, foliis retrorsum hispidis, spicis subternis terminalibus, flosculis geminis, altero sessili corollam hermaphroditam masculamque gerente, altero pedicellato neutro, valvis calycinis hispidis.

Hab. in lacubus et stagnis Bengaliae.

p. 327. *Apluda geniculata* R.

A. culmo repente scandente, ligula lacerata, paniculae terminalis fasciculis pedicellatis trifloris navicularibus cuspidatis, bracteis glabris, flosculo uno e tribus sessili continente corollam hermaphroditam masculamque, altero pedicellos binos, abortientem alterum, alterum polygamum, calycibus bifloris corollisque omnibus bivalvibus.

Hab. ad ripas Gangis.

p. 328. *Aira filiformis* Kön.

A. culmo erecto foliisque glabris, ligula lacera, panicula erecta e racemis simplicibus linearibus secundis composita (flosculis muticis?).

Hab. in pascuis.

p. 328. *Melica digitata* R.

M. spicis digitatis terminalibus secundis filiformibus basi pilosis, rachi triquetra, flosculis sessilibus biseriatis aristatis, calycis uniflori valva interiore breviter aristata, valva maiore corollina longe aristata.

Hab. in sepibus et dumetis.

p. 329. *Melica refracta* R.

M. culmo ascendente tereti glabro, paniculae terminalis ramis deflexis, calyce glabro bifloro, valva corollina exteriore setulis refractis rigidis obsessa.

Hab. in insulis Moluccis.

p. 329. *Melica diandra* R.

M. culmo ascendente foliisque glabris, paniculae oblongae racemis alternis simplicibus, calycibus bifloris, valva exteriore corollae internae margine carinaque ciliata.

Poa malabarica Linn. (Hanc iam, a Burmanni synonyma planta diversam, Swartzius recedere a Pois, et ob calycem trivalvem Panicorum divisioni, quam Walterus Syntherisma dixit, adnumerandum esse, perhibuit. Schrad. n. Journ. 2, 2. p. 44. Rothius vero nov. spec. p. 65. 66. iterum Poae malabaricae nomine describit.)

Hab. in montibus orae Coromandel.

p. 330. *Melica latifolia* R.

M. culmo foliisque glabris, paniculae laxae ramis alternis cernuis, seminibus glabris utrinque acutis.

Hab. in collibus Garrow. Haec est species, cuius folia ad contegendam Theam in cistis a Chinensibus adhibentur.

p. 330. *Chloris tenella* R.

Chl. spica solitaria, spiculis alternis subquadrifloris, flosculis reliquis hermaphroditis aristatis, val-

va corollina exteriore trinervia, flosculi intimi rudimento neutro.

Hab. in peninsula Indiae.

p. 331. *Chloris montana* R.

Chl. spicis digitatis subquaternis secundis basi unitis, flosculis hermaphroditis ciliatis aristatis, neutro trivalvi, valva tertia aristata.

Hab. in locis montosis.

p. 332. *Chloris polystachya* R.

Chl. spicis fasciculatis numerosis, spiculis subtrifloris, flosculi hermaphroditi marginibus ciliatis, neutrorum binorum valvis glabris.

Hab. in peninsula Indiae.

p. 334. *Poa procera* R.

P. culmo foliisque glabris, ligula elongata lacera, paniculae laxae subnutantis ramis simplicibus hispidiusculis, spiculis pedicellatis alternis remotis multifloris.

Hab. in solo fertili.

p. 335. *Poa cylindrica* R.

P. paniculae cylindricae ramis appressis alternis, spiculis sex - duodecimfloris, flosculis diandris, valva corollina interiore ciliata.

Hab. circa Cantonem Chinae.

p. 336. *Poa ciliata* R.

P. culmo rigido foliisque glabris, paniculae oblongae ramis basi pilosis, spiculis sex - duodecimfloris, marginibus valvarum omnium ciliatis, seminibus obovatis glabris.

Hab. in locis aridis sterilibus.

p. 339. *Poa elegans* R.

P. culmo foliisque glabris, paniculae oblongae nutantis ramis appressis, spiculis linearibus multifloris purpureis, valva corollae exteriore trinervia, seminibus globulosis glabris.

Hab. in pascuis udis. (Eadem esse ac P. elegans R. Brown. videtur.)

p. 340. *Poa multiflora* R.

P. culmo foliisque glabris, paniculae elongatae nutantis ramis filiformibus, spiculis longissimis linearibus multifloris (50 — 70 floris), valva corollina exteriore trinervi.

Hab. in locis editis aridis.

p. 340. *Poa flexuosa* R.

P. culmo flexuoso glabro, ore vaginarum piloso, paniculae ovatae confertae axillis piloso - glandulosis, spiculis lanceolatis vigintifloris, seminibus globulosis.

Hab. in muris antiquis. Habitu refert P. unioloiden et Brizam Eragrostidem.

p. 341. *Poa paniculata* R.

P. culmo foliisque glabris, ore vaginarum barbato, paniculae oblongae ramis filiformibus basi pilosis, spiculis linearibus multifloris, valvis corollae exterioribus trinerviis, interioribus dorso ciliatis.

Hab. . . .

p. 341. *Poa gangetica* R.

P. culmis caespitosis ramosis foliisque glabris,

paniculae ovatae ramis subverticillatis divergentibus, spiculis linearibus acuminatis multifloris (flosculis 20 — 50) deciduis.

Hab. ad ripas Gangis.

p. 344 *Eleusine stricta* R.

E. culmo erecto compresso, foliis bifariis, spicis digitatis strictis, spiculis tri - sexfloris.

Colitur in vallibus montium Circars.

p. 346 *Eleusine verticillata* R.

E. culmo erecto tereti, foliis bifariis, spicis numerosis paniculatis, spiculis multifloris (flosculis 8 — 11), valvis exterioribus cuspidatis, seminibus rugulosis.

Hab in pascuis humidis.

p. 347. *Eleusine calycina* R.

E. culmo erecto, foliis pilosiusculis, panicula lineari, spicis numerosis linearibus alternis, calycibus trifloris flosculos triplo superantibus cuspidatis, valvis corollae obtusis, seminibus triquetris.

Hab. in pascuis aridis.

p. 353. *Rottbölla glabra* R.

R. culmo compresso basi repente, foliis bifariis vaginisque glabris, spicis axillaribus solitariis trigonis glabris, flosculis oppositis hermaphroditis, calycis uniflori valva altera emarginata altera acuta, corolla utraque (☿ et ♂) trivalvi, basi ruberrima.

Hab. in Bengalia.

p. 356. *Rottbölla perforata* Roxb. corom. 2. n. 182.

R. culmo erecto glabro, foliis margine hispidiusculis, spicis terminalibus, rachi in insertione flosculorum perforata, flosculis oppositis, corolla utraque (☿ et ♂) trivalvi membranacea.

Hab. in pascuis fertilibus.

p. 360. *Houttuynia cordata* Thunb. (Polypara cochinchinensis Lour. fl. cochinch. 1. p. 78.) crescit in Nepala. Pertinet ad Triandriam Trigyniam. Capsula unilocularis trigona suboctosperma. Placentae tres parietales. Semina striata utrinque attenuata. Embryo centrifugus in albumine copioso. Ergo ad Aroideas manifesto pertinet.

TETRANDRIA.

p. 365. *Rhopala excelsa* R.

Rh. foliis alternis breviter petiolatis cuneato-oblongis obtusis glabris apice subserratis, racemis axillaribus terminalibusque folia aequantibus, squamis nectarii quatuor distinctis glabris.

Hab. in sylvis Chittagong. Arbor excelsa bonam largitur materiem.

p. 366. *Rhopala robusta* R.

Rh. foliis alternis sessilibus cuneato-oblongis remote serratis, racemis axillaribus glabris, nectario urceolato quadridentato.

Hab. in Silhet, ubi in arborem excelsam crescit.

p. 367. *Dipsacus inermis* Wall.

D. foliis petiolatis oblongis serratis villosis sublobatis caulinis connatis, capitulis subglobosis villosis, paleis cuneatis subulatis tubum corollae subaequantibus.

Hab. in Nepala.

p. 368. *Hedyotis geniculata* R.

H. caule flaccido geniculato, ramis divaricatis glabris; foliis subsessilibus lanceolatis; floribus subverticillatis breviter petiolatis.

Hab. in insulis freti Malaccensis.

p. 369. *Hedyotis scandens* R.

H. caule scandente glabro, foliis lato-lanceolatis breviter petiolatis, paniculis corymbosis trichotomis, corollae fauce et apice styli barbatis.

Hab. in Silhet.

p. 369. *Hedyotis lineata* R.

H. caule diffuso piloso; foliis sessilibus lanceolatis nervosis; pedunculis axillaribus subternis multifloris; capsulis globulosis pilosis.

Hab. in Chittagong.

p. 370. *Hedyotis ulmifolia* R.

H. caule lignoso ramis diffusis pilosis, foliis ovato-lanceolatis plicatis nervosis, corymbis pedunculatis axillaribus folio brevioribus, pedicellis subtrifloris; laciniis calycinis longissimis.

Hab. in Nepala.

p. 371. *Hedyotis gracilis* Wall. H. *stricta* Ej. in As. res. 13. p. 369. (Neue Entdeck. 2. p. 255.)

p. 372. *Spermacoce sumatrensis* Retz. eadem esse videtur ac *Knoxia corymbosa* Lam. Willd.

p. 373. *Spermacoce teres* R.

Sp. caule fruticoso, ramis teretibus villosis, foliis oppositis breviter petiolatis lanceolatis integerrimis villosis, corymbis terminalibus compositis, ramulis maturescentibus in spicas abeuntibus, tubo corollae villoso, stylo corollam duplo excedente.

Knoxia umbellata Banks herb.

Hab. in sylvis Koorg et Nepala.

